in vtrē aqua maris: nō vesse vo vnde ꝓferat quo nos emendet: cū emendatione nobis opus ē. Ideo eñ sequit. Ponēs i thesauris abyssos. Thesaurū dei dicit secretū dei. Nouit ille omniū corda: quid ad tempus ꝓferat: vnde ꝓferat: quantā potestatez tribuat malis in bonos: ad iudicandos quidē malos: erudiendos aūt bonos. Nouit quomō hec agat qui ponit in thesauris abyssos. Fiet ergo qō sequit. Timeat dominū oīs terra. Mō gloriet superba leticia temeraria exultatione: dicens: Jam congregata est velut in vtre aqua maris: quis mihi aliquid facere audebit: Nescis qz posuit ille in thesauris abyssos: vnde ꝓferat qō opus est ad flagellandū te pater tuus: Qui quidē ad disciplinam tuā habet abyssi thesauros: quib⁹ te erudiat ad thesauros cęlorū. Ergo redi ad timorē qui iam ibas in securitatē: Exultet terra: & t timeat. Exultet. Quare: Quia misericordia dñi plena est terra. Timeat: Quare: Quia sic congregauit in vtre aquas maris: vt poneret in thesaurī abyssos. Fiet ergo in illa qō alibi breuiter vtrūqz dicit: Seruite dño in timore: t exultate ei cuz tremore. Timeat dominū oīs terra. Ab ipo autem cōmoueant oīes †q̄ inhabitant orbē. Mō timeant alteruz ꝓ illo. Ab ipo cōmoueant oīes qui inhabitant orbem terrę. Fera sęuit: veuz time. Serpens insidiat: deū time. Homo te odit: deum time. Diabolus te impugnat: deū time. Tota eñ creatura sub illo est quē iuberis timere. Quoniā ipe dixit t facta sūt: ipe mādauit t creata sunt. Hoc in psalmo sequit. Cuz eñ dixisset: Ab ipo cōmoueant oīes qui inhabitāt orbez terrę: ne conuerteret se hō ad timendū aliqd aliud: t auersus a timore dei: timeret ꝑ illo aliquaz creaturā: t adorare qō factuz est: dimisso qui fecit: confirmauit nos in timore dei: tanqz dicens nobis t alloquens nos. Quid formidaturus es aliqd de cęlo: aliquid de terra: aliquid de mari: Ipe dixit t facta sunt: mandauit t creata sunt. Qui dixit: t facta sunt: mandauit t creata sunt: cū iubet mouenť: cum iubet quiescūt. Cōquiescit t malicia hominū: cupiditas hominū. Cupiditatē nocēdi potest homo habere ꝓpriam: potestatē aūt si ille nō dat: nō habet. Mō est eñ potestas nisi a deo. Definitiua sentētia apostoli est: Mō dixit: nō est cupiditas nisi a deo. Est eñ mala cupiditas quę nō est a deo: sed qz ipsa mala cupiditas: nulli nocet si ille nō ꝓmittat: nō est inquit potestas nisi a deo. Unde deus hō stans ante hominē: Mō haberes inquit in me potestatē: nisi data fuisset tibi desup. Ille iudicabat: ille docebat. Cū iudicabatur docebat: vt iudicaret quos docuerat. Mō haberes inqt in me potestatē: nisi eēt data tibi desup. Quid ē hoc: Mō tm nō habet potestatē: nisi cū accepit desup: Quid ipe diabolus: Ausus ē vel vnā ouicula tollere viro sancto iob: nisi ꝑus dicere: Mitte manū tuā: & est: da potestatē: Ille volebat: & ille nō sinebat. Quādo ille ꝓmisit: ille potuit. Mō ergo ille potuit: & q̄ ꝓmisit. Ideo bene erudit⁹ ipe iob: nō ait sicut iā cōmemorare vobis solemus: dns dedit t diabolus abstulit: & dns dedit t dns abstulit: Sicut dño placuit: ita factū est: non sicut diabolo placuit. Videte ḡ fratres mei cuz tanto labore manducantes salubrē t vtilē panē: videte ne quēqz timeatis nisi dñm: Preter eū ne timeas aliū: scḓtura tibi dicit. Proinde timeat dñm oīs terra: q̄ posuit in thesauris suis abyssos. Ab ipo aūt cōmouea tur vniuersa: t oīes q̄ inhabitāt orbē terrę: quoniā ipe dixit t facta sūt: ipe mādauit t creata sūt. Sz iā cessauerūt reges mali: facti sūt boni. Crediderunt t ipi signū crucis christi in frōte iā portant: ꝑciosius signū qz quelibet gēma diadematis. Illi qui sęuierūt destructi sūt: & quis fecit hoc: Forte tu vt extollas te: Dominus †dissipauit cōsilia gentiū: reprobat aūt cogitatiōes pplox: t reprobat consilia principū. Quādo dixerūt: Tollamus eos ō terra: nō erit nomē christianū si hoc fecerim⁹: sic occidanť: sic torqueanť: talia t talia illis infligant. Dicta sūt hec: t iter hec creuit ecclesia. Reprobat cogitatiōes populox: t reprobat cōsilia ꝓncipū. Consiliū †vero dñi manet in eternū: cogitationes cordis eius in †seculā seculorum. Repetitio sententię est. Qō ante ait: cōsiliū: hoc ait postea: cogitationes cordis: t qō supra ait: manet in eternū: hoc postea i sęcula sęculox. Repetitio ꝓfirmatio est. Ne aūt putetis fratres: quia dixit: cogitatiōes cordis: quasi sedere deuz t cogitare qd agat: t exquirere ꝓsiliū faciendi aliquid vel non faciendi. Tuę sūt istę o homo tarditates: vsqz in velocitatē currit verbū eius. Quādo potest moza esse cogitatiōis in illo verbo quod vnū est: t oīa complectit. Sed dicunť cogitatiōes dei: vt tu itelligas: vt ꝓm te audeas erigere cor: vel ad verba tuę infirmitati similia: quia res ipa multū est ad te. Cogitatiōes cordis eius in sęcula sęculox. Quę sūt cogitationes cordis ei⁹: t qō est consiliū dñi qō manet in eternū: Cōtra qō cōsiliū: Ut qd fremuerūt gētes: t populi meditati sūt inania: Quādo quidē dominus reprobat cogitatiōes populox: t reprobat consilia principū: Unde igit consiliū dñi manet in eternū: nisi de nobis q̄s afī ꝑsciuit t ꝑdestinauit: Quis tollit ꝑdestinationē dei: Ante mūdi ꝓstitutionē vidit nos: fecit nos: emēdauit nos: misit ad nos: redemit nos: hoc ei⁹ ꝓsiliū manet in eternū: hec ei⁹ cogitatio manet in sęcula sęculox. Fremuerūt gētes: tūc apte fluctuātes t sęuientes: ꝓtabescāt nūc tāqz inclusę t congregatę in vtre. Habuerūt liberas audacias: habeāt truces t amaras cogitatiōes. Quando pūt destruere qō ille cogitauit: t manet in eternū: Quid ē aūt hoc: Beata gēs. Quis est q̄ nō ℞ audito erigat se: Amāt eñ oēs btitudinē: t iō pueri sunt homines q̄ mali volūt esse: miseri nolūt. Et cū sit malicię idiuidua comes miseria: isti pueri nō solū mali esse volūt t miseri nolūt: qō fieri nō pōt: & iō volūt mali esse: ne miseri sint. Quid ē hoc qō dixi: ideo volunt mali esse: ne miseri sint: Cōsiderate ℞ paululuz in oibus hoib⁹ q̄ male faciunt: beati sp esse volunt. Furtū facit: ḡris quare: ꝓpter famē: ꝓpter necessitatē. Ergo ne miser sit mal⁹ ē: t iō miserio: ē qz malus est. Depellēdę ḡ miserię cā: t acq̄rēdę beatitudinis cā: faciūt oēs hoīes q̄cq̄d vł boni faciūt vel mali. Sp ḡ btī esse volūt. Siue male viuētes: siue bene viuētes: beati eē volūt t nō ꝓtingit oib⁹ qō oēs esse volūt. Oēs eñ btī esse volūt: nō aūt erunt nisi illi q̄ iuste esse voluerint. Et ecce nescio q̄s vt male faciat beat⁹ vult eē. Uñ: Ex pecunia: ex argēto t auro: ex prędijs: fundis: domib⁹: mancipijs: pompa sęculi: honore volatico t perituro: habendo aliquid volūt

Ps. 2.

Ar. †inhabitantes.

Ps. 148. et Judith. 16.

2. sen. dis. 44. Sed pluribus

Ro. 13.

Job. 19.

Job. 1.

Ar. †tollas te

Ar. †sanctę Ar. †ꝓpter nē t ꝓpter nem.

Ps. 32

Ps. 2.

Eph. 1.

Cōcor. dis. 43. etiam.

beati esse. Quere ergo qđ habeas: vt beat⁹ sis. Cū
em̃ beatus fueris: melior vtiq; eris q̃ cum miser es.
Fieri aūt nō potest: vt res deterior te faciat melio-
rē. Nō es: veteri⁹ te est q̃quid cupis quo beat⁹ esse
vsideras. Aurum: argentum: quelibet corpora qui-
bus inhias acquirendis: possidendis: fruendis: infe
riora sunt te. Tu melior es: tu fortior es: ⁊ vtiq; vis
melior esse q̃ es: cum beatus esse vis: quia miser es.
Melius est em̃ vtiq; beatus esse q̃ miserū. Vis esse
melior te ⁊ quer̄: pquiris p que id fiat: veteriora te.
Quicq̃d quesieris in terra: deterius est q̃ tu. Hoc
omnis homo optat amico suo: sic eū adiurat: sic me-
lior sis: sic meliorem te videamus: sic de te meliore
gaudeamus. Qđ optat hoc: ⁊ ipe vult. Accipe ergo
fidele consiliū. Melior te vis esse: nouit: omnes nou-
mus: omnes volumus: quere qđ est melius te: vt
inde efficiaris melior te. Intuere nūc celū ⁊ terraz:
nō tibi sic hec pulchra corpa placeāt: vt eis fieri bea
tus velis. In animo est qđ queris: Beatus em̃ esse
vis. Ipo animo tuo quere q̃d sit melius. Duz enim
duo sint quedā: hoc est animus ⁊ corpus: eo q̃ istis
duobus illud melius sit qđ anim⁹ dicit: potest cor-
pus tuū melius fieri p meliorē: quia subiectū est cor
pus animo. Potest ergo melius fieri corpus tuū p
animū tuū: vt cū fuerit iustus anim⁹ tu⁹: sit postea
imortale etiā corpus tuū. Per animi em̃ illuminati-
onē mereť corpus incorruptionē: vt fiat inferioris
reparatio p meliorē. Si ergo corporis tui bonū ani
mus ē: quia corpe tuo melior est: cum queris bonū
tuū: illud quere qđ melius est animo tuo. Quid est
aūt animus tuus attende: ne forte cōtenens animū
tuū: ⁊ putans nescio q̃d esse vile ⁊ abiectū: ⁊ viliora
queras quibus beatificeť animus tuus. In animo
tuo est imago dei: mens homis capit eam. Accepit
eā: et iclinādo se ad peccatū decolorauit eā. Ipe ad
eā venit reformator q̃ erat eius ante formator: quia
p verbū facta sunt omnia: ⁊ p verbū impressa est hec
imago. Venit ipm verbū: vt audiremus ab Apl̄o:
Reformamini in nouitate mentis vestre. Jaz ergo
supereſt: vt queras quid sit melius q̃ animus tuus.
Quid erit obsecro: nisi deus tuus: Nō inuenis ali-
quid melius animo tuo: quia cuz fuerit pfecta natu
ra tua: angelis equabit. Jam supra nō est nisi crea
tor. Erige te ad illū: noli desperare: noli dicere: mul
tū est ad me. Magis multū est ad te habere aurum
qđ queris. Aurū ⁊ si volueris forte nō habebis: de-
um cū volueris habebis: quia et anteq̃ velis venit
ad te: ⁊ cū auersa voluntate esses vocauit te: ⁊ cū cō
uersus esses terruit te: ⁊ cū territus pfitereris: cōso-
latus est te. Iste qui tibi p̄stitit omnia: iste qui fec̄ vt
esses: qui cū his qui tecū sunt etiā malis p̄stat solē:
pstat pluuiā: pstat fructus: fontes: vitā: salutez:
tantas psolationes: seruat tibi aliquid qđ nō det: ni
si tibi. Quid est autē qđ tibi seruat nisi se: Pete ali-
ud si meli⁹ inueneris: se tibi seruat de⁹. Quare q̃d in
bias celo ⁊ terre: Melior ē q̃ fecit celū ⁊ terrā: ipm
visur⁹: ipm habitur⁹ es. Queris vt tua sit illa villa:
⁊ trāsiens p illaz dicis: Beat⁹ cui⁹ est possessio ista.
Hoc dicūt: q̃ multi q̃ trāseūt p illā: ⁊ tū cū dixerint
⁊ trāseūt p illā: possūt caput agitare ⁊ suspirare: nū
q̃d ⁊ possidere. Sonat cupiditas: sonat iniq̃tas:
illa: cui⁹ est dom⁹ ista: cui⁹ est ager iste. Cōpesce ini

q̃tatē: audi veritatē. Beata gēs cui⁹ est. Quid: Jaz
nostis quid dicturus sū. Ergo desiderate vt habea-
tis: tunc demū beati eritis. Hac sola: beati eritis: re
meliore q̃ vos estis: meliores eritis. Deus est inq̃
melior te qui fecit te. Beata gens cui⁹ est dn̄s
deus eor̄. Hoc ama: hoc posside: hoc cū vis ha- Q.
bebis: hoc gratis habebis. Beata gens cui⁹ ē dn̄s
deus eorum. Noster deus. Cuius em̃ nō est deus:
Nō plane oīm eodē mō. Noster magis nr̄ qui viui
mus ab illo tanq̃ de pane nostro. Ipe sit hereditas
nostra: possessio nostra. An forte temere dicim⁹ fa-
ciendo nobis deū possessionē cū sit dn̄s: cū sit crea-
tor: Nō est ista temeritas: affectus ē desiderij ⁊ dul
cedo spei. Dicat anima oīno secura: dicat: de⁹ meus
es tu: qui dicit aiq̃ nostre: salus tua ego sū. Dicat: se Ps.34
cura dicat: nō faciet iniuriā cū hoc dixerit: imo faci-
et si nō dixerit. Arbores volebas habere: q̃bus bea
tus esses. Audi scripturā dicentē de sapiētia: Lignū Prouer.3
vite est oibus possidētib⁹ eā. Ecce possessionē nr̄az
dixit esse sapientiā: ⁊ ne putes ipam sapientiā: quia
possessionē tuā dixit scriptura aliq̃d esse: qđ sit te in-
ferius. Sequit ⁊ adiūgit: Et incūbentib⁹ in eam ve
lut in domo tuta. Ecce dn̄s tuus fact⁹ est tibi q̃si ba
culus: securus hō incūbit: qz ille nō succūbit. Dic g̃
securus possessio tua est. Possidētibus eā scriptura
dixit: Impleuit fiducia dubitationē tuā. Dic secu-
rus: ama secur⁹: spera securus. Tua etiaz illa verba
sint in psalmo: Dn̄s ps hereditat⁹ meę. Ergo vnde Ps.15
beati erim⁹: Deū possidēdo. Quid ergo: Nos pos
sidebimus euz: ⁊ ille nō nos possidebit: Unde ergo
Esaias: Dne posside nos: Possidet g̃ ⁊ possidebit:
⁊ totū ꝓpter nos. Ut em̃ nos ex illo beati sim⁹: possi
deť a nobis. Ut aūt ille beatus sit: nō possidet nos.
Et possidet nos: ⁊ possideť a nobis: nō ob aliud nisi
vt nos beati simus. Possidem⁹ euz ⁊ possidet nos:
qz colimus eū ⁊ colit nos. Colimus euz tanq̃ dn̄m
deū: colit nos tanq̃ terrā suā. Quia colimus eū ne-
mo dubitat: qz colit nos: q̃s nob indicat: Ille q̃ ait:
Ego sū vitē vos estis sarmēta: pr̄ me⁹ agricola. Ec Joh.15.
ce ⁊ ī isto p̄s. vtrūq; nob dr̄: vtrūq; nob indicať. Jā
dixit qz possidemus eū: beata gens cui⁹ est dn̄s de⁹
eor̄. Cui⁹ est fundus iste: Illius: Cui⁹ est ille: Illi-
us: Cui⁹ est iste: Dicam⁹ de deo: dicamus cui⁹ est.
Et quō nobis solet responderi: q̃n de fundis ⁊ de d̄ō-
dūs aliq̃bus amplis atq; amenissimis q̃rimus: Est
quidā senator: aut illud aut illud vocatus: cuius est
ista possessio: ⁊ dicim⁹ beatus ille hō. Sic q̃ramus
cui⁹ est de⁹ iste. Est quedā beata gens cui⁹ est: nam
dn̄s deus eor̄ est: ⁊ nō sicut senator ille possidet fun
dū suū: nō aūt possideť a fundo suo: sic ⁊ deus gētis
hui⁹: vnde vt eius simus: laborare debem⁹: ⁊ alter
utrū se possidēt. Audisti qz gens possidet eū: beata
gens cui⁹ est dn̄s deus eor̄. Audi qz ⁊ ille possidet
illā. Populus quē elegit dn̄s in hereditatē
sibi. Beata gens possessione sua: beata hereditas
possessore suo: popul⁹ quē elegit dn̄s in hereditatē
sibi. De celo respexit dn̄s: vidit oēs filios R
hominū. Omnes hic ita accipe vt gentes illius oēs
intelligas: illā hereditatem tenentes: vel illa hereditas
existentes. Hereditas est em̃ dei ipi omnes ⁊ ipius
oēs. De celo respexit dn̄s: ⁊ vidit eos ille qui ait:
Cū eēs ſb arboze fici vidi te. Vidit em̃ eū: qz misera Joh.1.
tus ē eū. Un̄ plerūq; egētes miscōia dicim⁹ homi:

vide me: ⁊ de illo qui te contemnit quid dicis? Nō me videt? Est ergo quedā visio miserantis cordis: nō visio punientis. Illa visio ad peccata animadversio est. Quia ille peccata nō vult videri: q̄ dicit? Auerte faciē tuā a peccatis meis. Qđ vult ignosci: nō vult agnosci. Auerte inq̄t faciē tuā a pctis meis. Cū g̃ auertit faciē suā a peccatis tuis: nō videbit te. Unde alibi dicit: Ne auertas faciē tuā a me. Ergo auertat a pctis tuis: non auertat a te. Videat te: misereat tui: sbueniat tibi. De cęlo respexit dñs: vidit oēs filios hoim ptinētes ad filiū hois. **De pręparato habitaculo suo.** Qđ sibi p̃parauit. Vidit nos de aplis: vidit nos de p̃dicatorib⁹ veritatis: vidit nos de angelis quos ad nos misit. Hęc oia domus eius: hęc oīa habitaculū eius: qz hęc oia cęli qui enarrant gloriā dei. Vidit oīes filios hominū de p̃parato habitaculo suo: **Respexit sup omnes qui habitant terrā.** Ipi sunt: sui sunt: Bēs illa est beata cui⁹ est dñs deus eor: populus ille est quē elegit dñs in hęreditatē sibi: quia per oīes terras est: ⁊ nō est in parte. Respexit sup oīes qui habitant terrā. **Qui finxit singillatim corda eorū.** Manu gratię suę: manu misericordię suę finxit corda: plasmauit corda nostra: finxit singillatim: singula quędā dans nobis: quę tamē nō dirimant vnitatē: Quō singillatim mēbra formata sūt: oīa singillatim habent opa sua: ⁊ tamē in vnitate corpor viuūt: manus facit qđ oculus nō facit: auris id valet qđ nec oculus nec manus valet: oīa tamē vnitatē operant: ⁊ manus ⁊ oculus ⁊ auris diuersa faciūt: nec sibi aduersant: Sic ⁊ in christi corpe singuli hoies: tanq̄ mēbra singula donis suis gaudēt: qz ille qui elegit populū in hęreditatē sibi: finxit singillatim corda eor: Nunqđ em̄ oīes apostoli? Nunqđ oīes ꝓphetę? Nunqđ oīes doctores? Nūqđ oīes dona habēt sanitatū? Nunqđ oīes linguis loquūtur? Nūquid oīes interp̃tant? Alij quidem p̃ spiritū datur sermo sapientię: alij sermo scientię: alij fides f̃m eundē spiritū: alteri dona curationuz. Quare? Quia finxit singillatim corda eoruz. Quō autē in mēbris nostris diuersa sunt opa: sed sanitas vna. Sic in oīnibus mēbris christi diuersa mūera: sed charitas vna. Qui finxit singillatim corda eorū. **Qui intelligit oīa opera eorū.** Intelligit quid est: Secretius ⁊ interius videt. Habes in psalmo: Intellige clamorē meū. Nō em̄ quasi vocibus opus est: vt pueniat aliquid ad aures dei. Occultus visus intellectus vocat: Exp̃ssius dixit: q̄ si diceret: videt oīa opa eor. Tūc putares videri opa ista: quādo ⁊ tu vides opus homis. Homo factum homis motu eius in corpe videt: deus aūt in corde videt. Quia ergo intus videt: dictū ē: intelligit oīa opa eor. Dāt duo paupibus: vn⁹ sibi mercedē q̄rit cęlestē: alius hūanā laudē. Tu in duob⁹ vnā rē vides: deus duas intelligit: int⁹ em̄ intelligit ⁊ intus agnoscit: fines ip̃or videt: intentiōes ip̃as videt: Qui intelligit oīa opa eorū. †**Non saluus fiet rex p̃ multitudinē virtutis suę.** Ad dñm oīes: in deo oēs. Spes tua deus sit. fortitudo tua de⁹ sit: firmitas tua deus sit: exoratio tua ip̃e sit: laus tua ip̃e sit: finis in quo requiescas ip̃e sit: adiutoriū cum laboras ip̃e sit. Audi veritatē: Nō saluus fiet rex per multitudinē virtutis suę. †**Nec gigas salu⁹ erit in multitudine virtutis suę.** Gigas superbus aliquis est extollens se aduersus deū: velut quia est ip̃e aliquid in se ⁊ per se. Nō fit iste salu⁹ in multitudine virtutis suę: sed equū habet magnū: fortē: validum: velocē: potest si aliquid irruerit cito illū de periculo liberare. Nō fallitur: Audiat quid sequitur: †**Mendax equus ad salutem.** An itellexistis quid dictū sit: mendax equus ad salutē? Nō tibi p̃mittat equus tuus salutē: si tibi p̃miserit mentiet. Si em̄ deus voluerit liberaberis: si deus voluerit cadente equo altius cades. Nō ergo putetis dictū: Mendax equus ad salutē: q̃si mendax iustus ad salutem: qđ velut iusti ad salutē mentiant. Nō est em̄ scriptū equus qđ ab equitate dicit: sed equus aial quadrupes: hoc grecus codex indicat. Et redarguuntur homies qui sibi querūt mala iumenta occasiones mendacior: cū scriptura dicat: Os qđ mentit occidit aiam: ⁊ perdes oīes qui loquūtur mendaciū. Quid est ergo mendax equus ad salutē? Mentit tibi equus quādo p̃mittit salutē. Nunqđ equus alicui loquit ⁊ p̃mittit salutē? Sz cū tu vides equū bene formatū: bonis viri⁹: magno cursu p̃ditū: ista oīa velut p̃mittūt tibi de illo salutē: sed fallūt si deus nō tuetur: quia mendax equus ad salutem. Equū accipe etiā figurate quālibet amplitudinē seculi huius: quēlibet honorē in quē superb⁹ incedis: quo altius ingrederis: ⁊ ecce nō tantū celsiorez: sed etiam tutiorē falso putas. Quomō em̄ te vēiciat nescis: tanto elisū grauius: quāto sublimius ferebar. Mendax equus ad salutē. **In abundantia aūt virtutis suę †non erit saluus.** Et vnde erit saluus? Nō de virtute: nō de viribus: non de honore: nō de gloria: nō de equo. Unde quo ibo? Ubi inueniā: vnde saluus sim? Noli diu quęrere: noli longe. **Ecce oculi dñi sup† timentes eū.** Videtis qz ip̃i sunt quos p̃texit de habitaculo suo. Ecce oculi dñi super timentes eū. †**Sperantes super misericordia eius.** Nō de meritis suis: non de ⁊rute: non de fortitudine: non de equo: sed de misericordia eius. **Ut eruat a morte animas eorū.** Vitam ęternā p̃mittit. Quid in ista peregrinatione? Nunquid deserit? Vide quid sequit. **Et alat eos in fame.** Tēpus famis est modo: tēpus saturitatis post erit. Qui nos in fame huius corruptiōis nō deserit: imortales factos quō satiabit? Sed q̃diu est tēpus famis tolerandū est: durandū est: perseuerandū est vsq; in finē. Jā currenda sūt oīa: quia ⁊ plana sūt: ⁊ cogitandū est quid portemus. Adhuc quidē expectatores in amphitheatro forte insaniunt ⁊ in sole sedēt: ⁊ si stamus tamē in vmbraculo sumus: ⁊ vtiliora ⁊ pulchriora sūt q̃ expectamus. Expectem⁹ pulchra ⁊ a pulchro expectemus. Expectem⁹ nos mēte ea q̃ dicunt in sensibus diuinarū scripturarum: ⁊ gaudeāmus tali expectaculo. Expectator aūt noster quis est? Ecce oculi domini super timentes eū: sperātes in misericordia eius: vt eruat a morte animas eor: ⁊ alat eos in fame. Sz ꝓpter pegrinatiōis tolerantiā q̃diu fames ē: expectem⁹ in via refici ne deficiam⁹. Quid nob imponit: vel qđ profiteri debemus? **Aia nr̃a †patiēs erit dño.** Secura expectans misericordiā p̃mittētē: misericordiā ⁊ veracit exhibētē. Et donec exhibeat qđ agam⁹? Aia nr̃a patiēs erit dño. Sz qđ si in ip̃a patiētia nō durabim⁹?

Ps. 50.

Ps. 26. et. jij.

Ps. 18.

Sap. j. Ps. 5.

Ps. 5.

Jo. de gen. ad lit. 6.

j. Cor. j2.

Cōcor. 89. dist. Singula.

Ar. †nō saluat. †p multā ⁊rutē T

Ar. †⁊ gigas nō saluabitur.

Ar. †fallit

Ar. †qui im.

Ar. †fall

Ar. †fin

Ar. †fin rant.

Ar. †ſalu minū.

Immo plane durabimus. Qñ adiutor t ꝓtector nr̃ est. Adiuuat i pugna: ꝓtegit ab ẽstu: nõ te ẽserit tolera dura: q̃ pleuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. Et q̃d cũ pduraueris: cũ patiẽs fuer̃t cũ vsq; ad finẽ ꝙueneris: q̃d tibi erit? Qua mercede toleras? Ut quid tanta dura tãdiu pateris? Qñ in ipo lętabit cor nostrum: t in noie sancto ei⁹ †sperabim⁹. Spera hic vt lęteris ibi: esuri t siti hic: vt epuleris ibi. Hortatus est ad oĩa ipleuit nos gaudio spei: ꝓposuit nobis q̃d amem⁹: in quo solo t de quo solo p̃sumam⁹. Post hęc fit oratio breuis et salubr̃. Fiat misericordia tua dñe sup nos. Et quo merito. †Sicut speravimus in te. Fui q̃busdã onerosus sentio: q̃busdã aũt etiã cito terminaui sermonẽ: t hoc sentio. Ignoscãt infirmi fortioribus: t ꝓ infirmis ꝺ̃pcent fortiores. In vno corpore oĩa mẽbra sum⁹: a capite nr̃o vegetemur: t in illo spes nr̃a est: t in illo fortitudo nr̃a est. Nõ dubitemus exigere de dño deo nr̃o misericordiã: vult oĩno exigi a se. Nõ em̃ turbabit dñ̃ exigit: aut oĩno angustabit: quõ ille a quo pet̃ q̃ nõ habet: aut q̃ parũ habet: t timet dare ne min⁹ habeat. Vis nosse: quõ tibi eroget de⁹ misericordiã? Tu eroga charitatẽ. Videamus si finis dñ̃ erogas. Quãta est ergo opulentia in ipa sũmitate: si põt tãta esse in imagine? Ergo fratres ad hãc maxie exhortamur: vos charitatẽ nõ solũ in vosipos: ſ in eos etiã q̃ fort̃ sũt: siue adhuc pagani: nondũ credẽtes i christo: siue diuisi a nobis: nobiscũ caput ꝓfitẽtes t a corpe sepati. Doleam⁹ illos fratres tanq̃ fratres nr̃os: velint nolint fratres nostri sũt. Tũc esse desinẽt fratres nr̃i: si ꝺ̃serint dicere pater noster. Dixit de q̃busdã ꝓphęta bis q̃ dicũt nob: non estis fratres nr̃i: dicite ffres nr̃i estis. Circũspicite de q̃bus hoc dicere potuerit. Nũq̃d de paganis? Nõ. Nec; em̃ dicim⁹ eos fratres nr̃os ꝑ scripturas: t ecclesiasticũ loquẽdi morem. Nunq̃d de iudęis q̃ in christũ nõ crediderũt? Legite Apl̃m: t videte q̃ fratres qñ dicit Aplus sine aliq̃ additamẽto: nõ vult intelligere nisi christianos. Nõ est aũt subiect⁹ inq̃t frater aut sorore in hui⁹modi: cũ diceret de ꝓlugio. Fratrẽ t sororẽ dixit christianũ vel christianã. Itę dicit: Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ: aut tu quid spernis fratrẽ tuum? Et alio loco: Vos inquit iniquitatẽ facitis t fraudatis: t hoc fratrib⁹. Isti g̃ q̃ dicũt: nõ estis fratres nostri: paganos nos dicũt. Ideo em̃ t rebaptizare nos volũt: dicentes nos nõ habere q̃ dant. Unde ꝓsequens est error ipoꝝ: vt negẽt nos fratres suos eẽ. Sed q̃re nobis dixit ꝓpheta: Vos dicite illis ffres nr̃i estis: nisi q̃ nos in eis agnoscim⁹ q̃ nos repetimus? Illi g̃ nõ agnoscẽdo baptismũ nostrũ negant nos eẽ fratres: nos aũt nõ repetẽdo ipoꝝ: sed agnoscẽdo nostrũ dicim⁹ eis: fratres nr̃i estis. Dicũt illi: quid nos queritis: quid nos vultis? Respondem⁹: fratres nostri estis. Dicũt: ite a nobis: nõ vobiscum habemus rationẽ. Nos ꝓsus vobiscũ rõnẽ habemus: vnũ christũ ꝓfitemur: i vno corpe: sub vno capite esse debemus Quid g̃ me queritis ait: si perij? Magna absurditas: mag̃ vesania. Quid me q̃ritis si perij? Quare querer̃: nisi quia peristi? Si ergo perij inquit quomodo sũ frater tuus? Ut dicat̃ mihi de te: frater tuus mortuus erat t reuixit: perierat t inuentus est. Adiuramus: ergo vos fratres p ipsa

Matth. jo.

† sperauim⁹

Y

† quẽadmodum.

Z

Matth. 6.

1. Cor. 7

Ro. j4.

1. Cor. j. 6.

Luc. j5.

viscera charitatis cuius lacte nutrimur: cuius pane solidamur: per christũ dominũ nostrũ: per mansuetudinẽ eius adiuramus vos. Tempus est em̃ vt impendam⁹ in eos magnã charitatẽ: abundantẽ misericordiã in ꝺ̃pcando deũ ꝓ illis: vt aliquãdo det illis sensum sobriũ: vt resipiscant t videant se: quia nõ habent oĩno quod dicant ꝓtra veritatẽ. Non in eis remansit: nisi sola infirmitas animositatis: q̃ tãto ẽ languidior: quãto se maiores vires habere existimat: ꝓ infirmis: ꝓ carnaliter sapiẽtibus: pro aialibus t carnalibus: tamẽ pro fratrib⁹ nostris eadẽ sacramenta celebrantibus: t si nõ nobiscũ eadẽ: tamẽ vnũ amen respondẽtib⁹: t si nõ nobiscũ vnum amen: hortamur medullas charitatis vestrę: fundatis ad deũ ꝓces ꝑ eis. Aliquid em̃ ꝑ salute iporum egimus in cõcilio: q̃ explicari vobis hodie iam tẽpus non sufficit. Unde exhortamur vos vt alacriores t numerosiores (audiẽt em̃ a vobis fratres nostri q̃ nũc nõ assunt) conueniatis crastino die: ad basilicam tricliarum.

2. Timoth.

Ps. 36.

Explicit Tractatus de ps̃. XXXII.
Incipit Tractatus de ps̃. XXXIII.

Prefatio. A

Psalmus iste nihil quidẽ obscurũ: t q̃ꝺ̃ expositore indigeat: videt̃ habere in textu suo. Titulus autẽ eius intẽtos facit: t pulsantes ꝺ̃siderat. Sed quẽadmodũ hic scriptũ ẽ: q̃ beatus vir q̃ sperat in eũ: speremus oĩes q̃ꝺ̃ pulsantib⁹ aptur⁹ est. Nõ em̃ hortaret̃ nos vt pulsarem⁹: si nollet aperire pulsantibus. Si em̃ aliq̃n cõtingit: vt qui dispone/bat sedere: tedio cõpulsus ad manũ pulsantis cõtra dispositionẽ suã surgat t aperiat: ne diu pulsantem patiat̃: quantomagis sperare debemus citi⁹ aperturũ illũ qui ait: Pulsate t aperiet̃ vobis. Pulso g̃ nũc intentione cordis ad dominũ deũ: vt dignetur nobis hoc mysteriũ reuelare. Pulset mecũ t charitas vestra intentione audiendi: t humilitate orandi ꝓ nobis. Est em̃ q̃ꝺ̃ fatendũ est arcanuz t grande mysteriũ: Sic em̃ se habet titulus psalmi.

Matth. 7. Luc. jj.

Psalmus dauid cũ mutauit vultuz suũ coram abimelech: t dimisit eũ t abijt. j. Regl. 2j.

Sermo primus.

Querimus in scripturis ſm res gestas: q̃ nob ꝺ̃ dauid ꝓscriptę sunt: qñ sit factũ: quẽadmodũ inuenimus titulũ psalmi: cũ fugeret a facie absalon filij sui. Legimus em̃ in regnorum libris t inuenim⁹: qñ dauid fugeret a facie filij sui absalon. Et verissimũ est: qz ꝓtigit: t q̃ꝺ̃ cõtigit scriptus est. Et q̃uis titul⁹ psalmi in mysterio sic script⁹ sit: tñ duct⁹ est ꝺ̃ re q̃ gesta ẽ. Sic credo q̃ꝺ̃ hic scriptũ ẽ. Cũ mutauit vultũ suũ coraz abimelech: t dimisit eũ: t abijt. Scriptũ est: ſ in regnoꝝ libris: vbi oĩa nob scripta sũt: q̃ ptinẽt ad res gestas dauid: nõ inuenimus hoc: t tamẽ aliquid inuenim⁹ vnde appareat hoc esse tractum. Nam scriptum est: Quia cum fugeret dauid persecutorẽ saul: contulit se ad achis regem geth: id est ad regem cuiusdã gentis vicinę regno iudęorum. Ibi latitabat: vt persecutionez saulis euitaret. Recens autem erat gloria eius. Unde ꝓ benefacto meruit inuidiam: quando goliam interfecit: et in vna pugna gloriam securitatemq; regni t regi t populo comparauit. Saul autẽ cũ prouocante golia ęstuaret: prostrato golia hostis esse

B

Ps. 5. 1. Regl. j5.

j. Regl. 2j.

j. Regl. j7.

cępit ei: ꝙ cui⁹ manū hostē necauerat: ⁊ inuidit glorię dauid: maxime qz popul⁹ in exultatiõe ꝓstitut⁹ ⁊ choro iã facto mulieres cantauerũt gloriã dauid:
j. Reg. j8. et. 2j qz saul pcussisset in milibus: ⁊ dauid in ẽnis milib⁹. Hinc ille cõmot⁹ qz cępat habere maiorẽ gl̃iam per vnã pugnã puer ⁊ iã i laudib⁹ oĩm regi ꝓponebat: vt se habet pestilentia liuor ⁊ supbia seculi: inuidere ei cępat ⁊ eũ psecł. Tũc ille se vt dixi cõtulerat ad
j. Reg. 2j. regẽ geth ꝙ vocabat achis. Suggestũ ẽ ãt regi ipi qz illuz apud se haberet ꝙ magnã gloriaz habere cęperat in ꝓꝛ̃o iudęoꝝ: ⁊ dictũ est illi: Nõne iste ẽ dauid cui choꝝ fecerũt mulieres israelitę: dicẽtes: Saul pcussit in milib⁹: ⁊ dauid in ẽnis milibus: Si autẽ ꝓpter hanc gloriã ĩuidere illi cępat saul: nõne metuẽ dũ erat dauid: ne ⁊ ille rex ad quẽ confugerat: vellet oppzimere eũ: quẽ posset ꝛ vicino hostẽ habere: si saluũ faceret: Timuit ⁊ illũ: ⁊ sicut scptũ ẽ: Mutauit vultũ suũ coram ipis: ⁊ affectabat ⁊ tympanizabat ad ostia ciuitatis: ⁊ ferebat in manib⁹ suis: ⁊ pcidebat ad ostia portę: ⁊ saliuę ꝛcurrebãt sup barbã ei⁹. Vidit eũ rex ille apud quẽ latebat: ⁊ ait suis: Ut qd mihi istũ arrepticiũ adduxist⁊: Nũqd nã ĩtratur⁹ ẽ domũ meã: Et sic illũ dimisit, pficiens illũ: ⁊ recessit inde dauid incolumis ꝙ istã figurationẽ furoris.

L Videt em̃ ad istã hist̃oriã ꝓtinere qõ scptũ est: psal-
j. Reg. 2j. mus dauid cũ mutauit vultũ suũ coraz abimelech: ⁊ dimisit eũ: ⁊ abijt. Sed ille achis erat non abimelech. Nomen em̃ solũ nõ videt ꝙuenire: Nã res gesta ꝓpe ipis verbis ꝓiter ꝛsignata est in psalmis: sic scriptũ est in regnorũ libro: Jõ magis mouere nos ꝛbet ad quęrendũ sacramentũ: qz nomẽ mutatũ ẽ. Nã neqz illud sine causa factũ est: q̃uis sit factũ: sz qz aliqđ figurabat: neqz hoc sine causa scriptũ ẽ: nomine cõmutato. Videtis certe fratres ꝓfunditatez sacramẽtoꝝ. Si nõ ẽ ĩ mysterio qõ a puero golias
j. Reg. j7. occisus est: nõ ẽ in mysterio: qz ũmutauit vultũ suũ:
j. Reg. 2j. ⁊ affectabat: ⁊ tympanizabat: ⁊ cadebat ad ostia ciuitatl ⁊ ad ostia portę: ⁊ saliuę ꝛcurrebãt sup barbã ei⁹. Vñ fieri põt: vt nõ ꝑ aliqđ significaret: qñ qđẽ
j. Cor. jo apte dicit Apl̃s: Hęc aũt in figura ꝓtingebãt illis. Scripta sũt aũt ꝓpter nos: in qs finis seculoꝝ obuenit. Si nihil significat mãna: ꝛ qđ dicit Apl̃s: Et cibũ spiritualẽ mãducauerũt: Si nihil significat: qõ
Exo. j4 diuisũ est mare: ⁊ p mediũ ductⁿ est ꝓpꝰ: vt euade-
j. Cor. jo rent psecutionẽ pharaonis: cũ dicat Apl̃s: Nolo em̃ vos ignozare fratres: qz patres nostri oẽs sb̃ nube fuerũt: ⁊ oñes in moyse baptizati sũt in nube ⁊ i mari: Si nihil significat qõ pcussa petra aqua ꝓfluxit: cũ dicat Apl̃s: Petra aũt erat chr̃ist⁹. Si ergo illa nihil significãt q̃uis sint gesta: Si nihil ꝺenicz
Gal. 4. significãt duo filij abzaę nati ꝼm ordinẽ nascẽdi hominũ: ⁊ tñ in ipos duos filios duo testamenta appellat Apl̃s: vetus ⁊ nouũ: ⁊ dicit: Hęc sunt duo testamenta: q̃ sunt in allegoria. Si ergo illa nihil significãt: quę videtis auctozitate apostolica in mysterio futurax rerũ gesta esse: ꝛbem⁹ arbitrari: nihil significare etiã hoc qõ vobis ex libzo regnorũ ꝛ dauid paulo ante narrauim⁹. Non ergo nihil significat:
j. Reg. 2j. ⁊ quod nomen mutatũ est: ⁊ quod hic dictuz est coram abimelech: ibi coram achis. Jntendite mecuz. Oñia em̃ quę dixi modo: quasi ad manũ pertinent pulsantis: nondũ apertũ est. Pulsauim⁹ cũ ista di-
Matth. 7. cerem⁹: Pulsastis ⁊ vos cuz ista audiretis. Adhuc pulsemus orando vt dñs aperiat nobis. Nominuz hebzęoꝝ habemus interꝓtationez. Non ꝛfuerunt docti viri qui nobis nomĩa ex hebzęo in grecam linguã: ⁊ inde in latinã transferrent. Consulentes ergo nomina ista: inuenimus interꝓtari abimelech: patr̃ j. Reg. mei regnũ: ⁊ interꝓtari achis: quõ est. Hęc nomina attendamus: inde incipit nobis aperire pulsantib⁹. Si quęris quid est achis: Respondet: quomõ est. Quõ est verbũ ẽ admirantis ⁊ nõ intelligẽtis. Abimelech patr̃ mei regnũ. Dauid manu fortis. Jn figura chr̃isti dauid: sicut golias in figura diaboli: et j. Reg. qđ dauid ꝓstrauit goliã: chr̃istus est qui occidit diabolũ. Quid est aũt: chr̃ist⁹ qui diabolũ occidit: Humilitas occidit superbiã. Cuz ergo chr̃istũ nomino Matth. fratres mei: maxime nobis hũilitas cõmendat. Etiam em̃ nobis fecit ꝙ humilitatẽ: qz ꝙ superbiã recesseramus a ꝛbo: redire ad eũ nisi ꝙ humilitatẽ nõ poteramus: ⁊ quẽ nobis ꝓponeremus ad imitanduz: nõ habebam⁹. Oñis em̃ mortalitas hominuz supbia tumuerat. Et si exisꝛet aliquis humilis vir in spiritu: sicut erant ꝓphętę: patriarchę: ꝛdignabatur genus humanũ imitari humiles hoies. Ne ergo ꝛdignaret homo imitari hominẽ humilẽ: deus factus est humilis: vt vel sic superbia generi humani nõ ꝛdignaret sequi vestigia dei. Erat autẽ: vt nostis: sacrificiũ iudęoꝝ antea ꝼm ordinẽ aaron in victimis pecoꝝ: ⁊ hoc in mysterio: Nondũ em̃ erat sacrificiũ corpis ⁊ sanguinis dñi: qõ fideles nozunt: ⁊ qui euangeliũ legerũt: qõ sacrificiũ nunc diffusũ est toto orbe terrarũ. Proponite ꝕ vobis ante oculos duo sacrificia: ⁊ illud ꝼm ordinẽ aaron: ⁊ hoc ꝼm ordinẽ melchisedech. Scriptũ est em̃: Jurauit dñs ⁊ nõ pęnitebit eũ: tu es sacerdos in ęternũ ꝼm ordinẽ melchisedech. De ꝕ dicit: Tu es sacerdos ĩ ęternũ ꝼm ordinẽ melchisedech: De dño nostro iesu chr̃isto. Quis erat melchisedech: Rex salem. Salẽ ciuitas fuit antea illa quę postea: sicut docti ꝓdiderũt: hierusalez dicta est. Ergo anteqz ibi regnarẽt iudęi: ibi erat ille sacerdos melchisedech: qui scribit in Genesi: Sacerdos dei excelsi. Ipe occurrit abzaę quãdo liberauit loth ꝛ manu ꝓsequẽtiũ: ⁊ ꝓstrauit eos a qbus ille tenebat: ⁊ liberauit fratrẽ. Post liberati onẽ fratris occurrit ei melchisedech. Et tantus erat melchisedech: a quo benediceretur abzaã. Protulit panẽ ⁊ vinum: ⁊ benedixit abzaã: ⁊ ꝛdit ei ꝛcimas abzaã. Videte quid protulit ei quẽ benedixit. Et dictũ ẽ ei postea: Tu es sacerdos in ęternũ ꝼm ordinẽ melchisedech. Dauid hoc in spiritu dixit lõge post abzaã. Tempoꝛibus autẽ abzaę fuit melchisedech. De quo alio dicit: Tu es sacerdos in ęternũ ꝼm ordinem melchisedech: nisi ꝛ illo cuius nostis sacrificium: Sublatũ est enim sacrificium aaron: ⁊ cępit j. Reg. esse sacrificiũ ꝼm ordinẽ melchisedech. Ergo mutauit: nescio quis: vultũ suum. Quis est iste: Nescio quis non sit: ⁊ scio quis. Notus ẽ em̃ dñs noster iesus chr̃istus: Jn corpoze ⁊ sanguine suo voluit esse salutem nostrã. Unde autem cõmendauit corpus ⁊ Matth. sanguinẽ suũ: De humilitate sua. Nisi em̃ esset humilis: nec manducaret: nec biberetur. Respice altiJob. j. tudinẽ ipius: Jn principio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deuz: ⁊ deus erat verbum. Ecce cibus sempiternus: sed manducant angeli: manducant supernę virtutes: manducant cęlestes spiritus: ⁊ manducãt

F

ꝛ saginatur: ꝛ integrū manet quod eos satiat ꝛ letifi
cat. Quis autē homo posset ad illū cibū: Unde coꝛ
tam idoneū illi cibo: Oportebat ergo vt mensa illa
lacteſceret: ꝛ ad puulos ꝓueniret: Unde autez fit ci/
bus lac: Unde cibꝰ in lac cōuertit: niſi ꝙ carnē traꝝ/
ciatur: Mā mater hoc facit, Qđ māducat mater: ſ
manducat infans. Sz qz minus idoneus eſt infans
q̄ pane veſcat: ipm panē mater in carnat: ꝛ p humili
tatē māmillę ꝛ lactis ſuccū: de ipo pane paſcit infan/
tem. Quomō ergo de ipo pane pauit nos ſapientia
dei: Quia verbū caro factū eſt: ꝛ habitauit in nob.
Videte ergo humilitatē: qz panē angelorū mandu/
cauit homo: vt ſcriptū eſt: Panē cęli dedit eis: pa/
nē angelorꝝ māducauit homo: id eſt verbū illō quo
paſcunt angeli ſempiternū: qđ eſt equale patri: mā/
ducauit homo: quia cū in forma dei eſſet: nō rapinā
arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo. Saginauit ergo illo
angeli. Sz ſemetipſū exinaniuit vt manducaret pa
nē angelorꝝ homo: formā ſerui accipiens in ſimilitu
dinē hoīm factus: ꝛ habitu inuētus vt homo: humi
liauit ſe factus obediens vſq; ad mortē: mortē autē
crucis: vt iā de cruce cōmendaret nobis caro ꝛ ſan/
guis dñi: nouū ſacrificiū: qz mutauit vultuz ſuū co/
rā abimelech: id ē coꝛā regno patrī. Regnū em̄ pa/
tris: regnū erat iudęorꝝ. Quō regnū patrī: Regnū
dauid: regnū abꝛaę. Mā regnū dei patrī: magis ec/
cleſia q̄ populꝰ iudęoruz: ſ fm carnē regnū patris
populus iſrael. Dictū eſt em̄: Et dabit ei deus ſedē
dauid patris eiꝰ. Demonſtrat ergo fm carnē pater
dñi eſſe dauid: fm diuinitatē aūt chriſtꝰ: non filius:
ſ dñs dauid. Judęi xo chriſtū fm carnē nozūt: fm
diuinitatē nō nozunt. Ideo fecit illis quęſtionē ꝛ di
xit: Cuius filiū eſſe dicitis chriſtū: Et reſponderūt:
filiū dauid. Et ille: Quomō ergo dauid ī ſpiritu vo/
cat eū dominū: vbi ait: Dixit dñs domio meo: ſede
ad dexterā meā: donec ponā inimicos tuos ſub pe/
dibus tuis: Si ergo dauid in ſpiritu vocat euz do/
minū: quō filius eius eſt: Et nō potuerunt illi reſpō
dere: quia nō nouerant in dño chriſto: niſi qđ vide/
bat ocul: nō qđ coꝛde intelligebat. Si āt intꝰ habe
rēt ocꝛos ſic habebāt fozis: ex eo qđ foꝛt videbāt: i/
telligerent filiū dauid: ex eo qđ intus intelligebant:
intelligerent dñm dauid. Mutauit ergo vultū ſuuz
coꝛā abimelech. Quid ē ergo coꝛā abimelech: Co/
ram regno patris. Quid eſt coꝛā regno patris: Lo
ram iudęis: Et dimiſit eū ꝛ abiit. Quē dimiſit: Ip/
ſū populū iudęoꝝ dimiſit ꝛ abiit. Quęris mō chri/
ſtū apud iudęos ꝛ non inu[illegible]nis. Ēm dimiſit ꝛ abiit:
Quia mutauit vultū ſuuz. Habentes em̄ illi ſacrifi/
ciū fm aaron: nō tenuerūt ſacrificiū fm ordinē mel
chiſedech: ꝛ amiſerūt chriſtū: ꝛ cęperunt eū habere
gentes: quo nō miſerat ante p̄cones. Mā ad illos p̄
cones miſerat: ipm dauid: abꝛaā: iſaac ꝛ iacob: Eſai
am: hieremiā: ꝛ cęteros ꝓphetas miſerat: ꝛ pauci i/
de cognouerūt: ꝛ ipi pauci in compatiōe pereūtiū:
nā multi erant. Milia em̄ legimꝰ fuiſſe. Scriptū ē:
Reliquię ſaluę fient. Sz quęris modo circumciſos
chriſtianos: ꝛ nō inuenis. Erant autē de circūciſiōe
recentibus tpibus fidei multa milia circūciſoꝝum.
Quęris modo ꝛ non inuenis. Merito non inuenis:
Mutauit vultū ſuū coꝛā abimelech: ꝛ dimiſit eū et
abiit, Et coꝛā achis mutauit vultū ſuū; ꝛ dimiſit eū
ꝛ abiit. Ideo em̄ mutata ſunt nomia: vt ad myſterij
ſignificationē nos excitaret mutatio nominū: ne pu
taremus non narrari aut cōmemozari in ſcripturis
pſalmoꝝ: niſi qđ in libris regnoꝝ geſtuz inuenīt: et
nō hic quęrerem⁹ figuras futuroꝝ: ſ tāḡ res geſtas
acciperemus. Cū ergo nomina mutant quid tibi di
citur: Clauſū eſt hic aliquid: pulſa: noli hęrere in lit
tera: quia littera occidit: ſ deſidera ſpiritū: ſpūs em̄
viuificat. Intellectꝰ ſpiritualis credentē ſaluū facit.
Quo ergo dimiſit achis regem: attendite fratres.
Achis dixi interptari quō eſt, Recoꝛdamini euan/
geliū: Quādo loquebat dñs noſter ieſus chriſtꝰ de
coꝛpoꝛe ſuo: ait: Niſi quis manducauerit carnē me
am: ꝛ biberit ſanguinē meuz: nō habebit in ſe vitam
ęternā. Caro em̄ mea vere eſt eſca: ꝛ ſanguis meus
vere potus eſt. Et diſcipuli eius qui eū ſequebātur
expauerūt ꝛ exhoꝛruerūt ſermonē ꝛ nō itelligētes:
putauerūt neſcio quid durū dicere dominū noſtrū
ieſū chriſtū: ꝙ carnē eius quā videbant: manducatu
ri erant: ꝛ ſanguinē bibituri: ꝛ nō potuerūt tolerare:
quaſi dicentes: quō eſt: Erroꝛ em̄ ꝛ ignorātia ꝛ ſtul
ticia in pſona regis achis. Ubi em̄ dicit: quō eſt: nō
intelligit: vbi nō intelligit: tenebꝛę ignozantię ſunt.
Erat ergo in illis regnū ignozātię: quaſi rex achis:
id eſt regnū errozis eis dominabat. Ille autez dice/
bat: Niſi quis manducauerit carnē meaz: ꝛ biberit
ſāguinē meū: Quia mutauerat vultū ſuū: Quaſi fu
roꝛ iſte ꝛ inſania videbat: dare carnē ſuā manduca
dam hominib⁹ ꝛ bibendū ſanguinē. Ideo quaſi in/
ſanus putatus eſt dauid: qū dixit ipe achis: arrepti
ciū huc mihi adduxiſtis. Nōne videt inſania: man/
ducate carnē meā ꝛ bibite ſanguinē meū: Et quicū/
q̄ nō māducauerit carnē meā ꝛ nō biberit ſanguinē
meū: nō habebit in ſe vitā: Quaſi inſanire videbat.
Sz regi achis inſanire videbat: id eſt ſtultis ꝛ igno/
rātibus: ideo dimiſit eos ꝛ abiit. Fugit coꝛda eoꝛū
intellectus: nō eū poſſunt comphendere. Et q̄d di/
xerunt illi: Quaſi quō eſt: qđ interpꝛetat achis. Di
xerunt em̄: Quō poteſt hic nobis dare manducare
carnē ſuam: Arrepticiū putabant dominū: ꝛ neſci/
re quid loqueret ꝛ inſanire. Ille autem qui nouerat
qđ dicebat in illa mutatione vultus ſui: ꝛ quaſi furo
re ꝛ inſania: ſacramēta p̄ dicabat ꝛ affectabat: ꝛ tym
panizabat ad oſtia ciuitatis. Quęrenduz eſt quid ſit
ꝛ ipe affectabat: ꝛ ad oſtia tympanizabat: Mō ſine
cauſa dictū eſt: pcidebat ad oſtiū poꝛtę: nō ſine cau
ſa dictū eſt: ꝛ ſaliuę decurrebant ſup barbā eius: nō
fruſtra dicta ſūt: ſ indigent intelligentia. Diuturnꝰ
ſermo oneroſus eſſe nō debet. Noſtis fratres iudę/
os ipos coꝛā quibus ille mutauit vultū ſuū: ꝛ dimi/
ſit eos ꝛ abiit: hodie vacare. Si illi qui chriſtū ami/
ſerunt quos dimiſit ꝛ abiit: habēt inanē vacationē:
nos habemus fructuoſam vacationez: vt intelliga/
mus chriſtū qui illos dimiſit ꝛ venit ad nos. Omnia
nō fruſtra facta ſunt: ꝛ in illo furoꝛe dauid: qđ dicit
affectabat ꝛ tympanizabat ad oſtia ciuitatis: ꝛ fere/
bat in manibus ſuis: ꝛ pcidebat ad oſtia poꝛtę: ꝛ ſa/
liuę decurrebant ſuper barbā eius. Affectabat ille.
Quid eſt affectabat: Affectū habebat. Quid eſt af/
fectū habere: Quia compaſſus eſt infirmitatibus
noſtris: ꝛ ideo voluit ipam carnez ſuſcipere: in qua
mortē occideret. Compaſſus ergo nobis affectaſſe

dictus est: Ideo reprehendit Apostol⁹ eos qui duri sunt ⁊ sine affectu. Reprehendens enī quosdaz: ait:
Ro.j. Sine affectu: sine misericordia. Ubi ē affect⁹: ibi est misericordia: Ubi misericordia est: Miserat⁹ ē nos
Phil.2. de supnis. Si exinaniri se nollet: manēs in ea forma in qua equalis erat patri sempiternus: in morte remansissemus. Sed vt nos ō morte sempiterna liberaret: quo nos peccatum superbie perduxerat: humiliauit se factus subditus vsq; ad mortez: mortem autē crucis. Ergo affectabat: quia peruenit vsq; ad mortē crucis. Et quoniā qui crucifigit: i ligno extēditur: vt autē tympanū fiat caro: id est corium: in li-
j.Reg.23. Matth.27 gno extendit: Dictū ē: ⁊ tympanizabat: id ē crucifigebat: i ligno extēdebat. Affectabat: id est affectuz
Job.30. in nobis habebat: vt aīam suā poneret ꝓ ouib⁹ suis. Tympanizabat. Quō: Ad ostia ciuitat. Ostiū
Ik j.Reg.23. nobis est quod aperit vt credamus deū. Clauseramus ostia contra christū: ⁊ aperueramus diabolo. Contra vitaz eternā clausum cor habebamus. Ille autē dns deus noster: quia clausū cor habebamus homies aduersus vitā eternā: nec poteramus videre verbū qđ videt angeli: cruce apiebat corda mortaliū: ħ ē tympanizabat ad ostia ciuitat: Et ferebat
Vc cō.dis.2.accesserūt ad ies ū i manib⁹ suis. Hoc ℣o fres quō posset fieri i hoīe: ds itelligat: Quis enī portat i manib⁹ suis: Manibus aliozū potest portari homo: manibus suis nemo portat. Quō intelligat in ipo dauid ſm litterā nō inuenimus: in christo autē inuenimus. Ferebat enī christus in manibus suis: quādo cōmendans ip
Matth.26 sū corpus suū: ait: Hoc ē corpus meū. Ferebat enī illud corpus in manibus suis: ipa est humilitas dni nostri ihesu christi: ipa multū cōmendat hoibus: Ad ipam nos hortatur fratres vt viuamus: id est humi
j.Reg.j7 litatē eius imitemur: vt peutiamus goliam: ⁊ tenen-
j.Reg.23. tes christū: vincamus superbiā: Procidebat enī ad ostiū portę. Quid ē procidebat: Ad hūilitatē se ipe vtiebat. Quid est ad ostia portę: Ad initiuz fidei quo salui efficimur. Nemo enī incipit nisi ab initio fidei: sicut dicit in Canticiscanticoꝝ: Venies ⁊ ptrā sies: ab initio fidei: puenturi sumus facie ad faciem:
j.Joh.3 sicut scriptū est: Dilectissimi filij dei sumus: ⁊ nōdū apparuit quid erim⁹. Scimus quia cū apparuerit: similes ei erimus: quoniā videbimus eū sicuti ē. Videbimus. Quādo: Cū ista transierint. Audi etiam
j.Cor.j3. Paulū apostolū: Videmus nūc ꝑ speculuz in ęnigmate: tunc autē facie ad faciē. Intecꝝ ergo videam⁹ facie ad faciem: verbū qđ videt angeli: opus nobis
Phil.2. est adhuc ostijs portę: ad quę pcidit dns humilias
j.Reg.23. se vsq; ad mortē. Quid est qđ saliuę decurrebāt sup barbā ei⁹: Innocēs enī immutauit vultū suū coraz abimelech vel achis: ⁊ dimisit eū ⁊ abijt. Nō intelligētes dimisit. Ad quos abijt: Ad gētes. Ergo nos intelligamus qđ ipsi nō potuerūt. Decurrebāt sup barbā dauid saliuę. Quid sūt saliuę: Quasi ℣ba infantilia. Saliuę enī currunt in infantibus. Nonne
Matth.26 Job.6. erant tanꝝ infantilia verba: manducate carnē meā: ⁊ bibite sanguinē meū: Sed ista infantilia verba tegebant virtutē ipius. Virtus enī in barba intelligi-
j.Reg.23. tur. Saliuę igit decurrentes sup barbam eius: quid sunt: nisi verba infirma virtutē eius tegentia: Intellexit vt arbitroz sanctitas vestra titulū psalmi hui⁹. Si velimus ia psalmū exponere: timendū est ne illa quę audistis labant de cordibus vestris. Titulū psalmi huius exposuimus in nomie dni nostri ihesu christi. Quoniā crastinus dies dnicus ē: ⁊ debem⁹ vobis sermonē: differamus in crastinū: vt etiā psalmi textū libenter audiatis.

Sermo secundus de eodem psalmo.

Qui hesterno die affuistis: nō dubito q; meministis pollicitatiōis nostrę. Cep⁹ enī iaz est in noie dni debitū soluere. Ipe q̄ inspirauit vt pmitteremus: ipe dabit vt soluamus: semper existentes debitores charitatis. Ipa ē enī quę semper reddit ⁊ semp debet: sicut dicit Aplꝰ: Nemini
Ro.13. quicqꝝ debeat: nisi vt inuicē vos diligat. Psalmi huius titulū heri exposuimus: cuius expositio cū nos diutius retineret: eiusdē psalmi textū exponendum distulimus. Audiam⁹ enī quid spiritussanctus per os ꝓphetę sancti sui dicat in isto sermone psalmi: qđ congruat titulo quē hesterno die tractauim⁹. Qui nō affuerūt tamē ⁊ hoc debitum petūt: ne forte pro aliȝ tantas moras facientes fraudemus eos: qbus iam reddendum est quod debemus: breuiter cōmoratū agnoscant quantū possunt: qui hodie affūt ⁊ heri nō affuerunt. Si quid autē eos mouet qđ diligentius interrogare debeant: patientes aures nostras inuenient in nomine christi alijs tpibus: ne isti modo occupent. Dixim⁹ scriptū esse in libro regno-
j.Reg.2. rū: q; dauid cū fugeret saul: latere voluit apud regē quendā geth: noie achis. Sed cū gloria eius ibi fuisset cōmemorata: ne p liuorē idem rex ad quē cōfugerat: aliquid i eū machinaret: finxit insaniā. Et q̄si furore correptus: mutauit vultuz suū. Et sicut legimus: Affectabat ⁊ tympanizabat ad ostia ciuitatis: ⁊ ferebat i manibus suis: ⁊ procidebat ad ostiū portę. Et dixit rex achis: Quid huc mihi adduxistī istū: Nū quid arreptitio ego op⁹ habeo: Et sic eū dimisit: vt impleat quod hic scriptuz est: Mutauit vultū suū ⁊ dimisit euz ⁊ abijt. Dimisit autē regem achis. Hic vero dictū est q; mutauit vultū suuz coram abimelech: ⁊ dimisit eū ⁊ abijt. Diximus autē noīa mutata esse: vt sacramētū ostenderet: ne si idē nomē repetitū esset in titulo psalmi: nō nobis ꝓbetasse aliquid in sacramento: sed quasi gesta narrasse videret. Utrūq; ergo nomē magnū ꝓtinet sacramētū. Nā achis interꝑtat: quō est. Abimelech interꝑ-
j.Reg.21. tat: patris mei regnū. In illo verbo qđ: quō est: de: ignorantia significat: vt verbū mirantis ⁊ nō agnoscentis intelligas. In isto aūt qđ dicit abimelech: regnū iudeoꝝ significat. Ex christi enī ꝑsona pōt dici patris mei regnū: quia pater ipius ſm carnē dauid: ⁊ regnū dauid erat in gente iudeoꝝ. Coram regno ergo patris sui mutauit vultū suū: ⁊ dimisit eū ⁊ abijt: quia erat ibi sacrificiū ſm ordinem aaron: ⁊ postea ipe de corpore ⁊ sanguine suo instituit sacrificiū ſm ordinē melchisedech. Mutauit ergo vultuz
Ps.109. Heb.7. suū in sacerdotio: ⁊ dimisit gentē iudeoꝝ: ⁊ venit ad gentes. Quid ē ergo affectabat: Affectu plen⁹ erat.
j.Reg.21. Quid enī tam plenū affectu: q̄ misericordia dni nostri ihesu christi: Qui videns infirmitatē nostram: vt nos a sempiterna morte liberaret: tpalem mortē cuz tanta iniuria contumeliaqꝝ suscepit. Et tympanizabat: quia tympanū nō fit nisi cū corio in ligno extēditur. Et tympanizabat dauid: significans q; cruci-

figēdus esset christus. Tympanizabat aūt ad ostia ciuitatis. Quę sunt ostia ciuitatis: nisi corda nostra quę clauseramus contra christū: q̄ de tympano crucis aperuit corda mortaliū: Et ferebaī in manibus suis. Quō ferebaī in manibus suis: Quia cū cōmēdaret ipm corpus suū ⁊ sanguinē suū: accepit in manus suas: qđ nouunt fideles: ⁊ ipe se portabat q̄dāmodo cū diceret: hoc est corpus meū. Et pcidebat ad ostia portę: id ē humiliauit se. Hoc ē em̄ pcidere vsq̄ ad initiū fidei nostrę. Ostiū em̄ portę: initiū fidei: vnde īcipit ecclesia: ⁊ puenit ad speciē: vt cū credit ea quę nō videt: mereaī pfrui: cū facie ad faciem videre cęperit: Sic se habet titulus psalmi. Breuiī audiuimus. Audiamus iam ipa verba affectantis: ⁊ tympanizantis ad portaz ciuitatis.

Matth.26 j.Reg.xxj.

Expositio psalmi.

L

Benedicā dominū in oī tempore: semp laus eius i ore meo. Dicit christus: dicat ⁊ christianus: quia ⁊ christianus in corpe christi est. Et ꝓterea christ⁹ homo: vt possit christian⁹ esse angelus: q̄ iam dicat: Benedicam dño. Inquis: Quādo benedicam dñm: Ait tibi aliquis: Quādo tibi benefacit: quādo abundāt sęcularia: q̄n multū abūdat frumenti: olei: vini: auri: argēti: mācipioz: pecoz: salusq̄ ista mortalis inuulnerata ⁊ incorrupta psistit: ea quę nascūī: crescūt oīa: nihil īmatura morte subtrahiī: fęlicitas tota abundat in domo: circūfluūt oīa: tūc benedices dñm: Nō: Sed in oī tpe: Ergo ⁊ tūc: ⁊ quando ista ꝑmittēpus ⁊ ꝑm flagella dñi dei nostri turbanī: auferuntur: minus nascunī: iā nata dilabunī: Fugiunt em̄ hęc: Et inde sequiī penuria: egestas: labor: dolor et tēptatio. Sed tu qui cantas tibi: Benedicā dñm in oī tpe: semp laus eius i ore meo: ⁊ quādo ista dat: benedic: et q̄n ista tollit: benedic: Quia ille dat: ille tollit: ꝙ seipm a benedicēte se nō tollit. Quis ē aūt q̄ benedicit dñm in oī tpe: nisi humilis corde. Ipaz em̄ hūilitatē docuit dñs noster in corpe ⁊ in sanguine suo: qz cū cōmendat corpus ⁊ sanguinē suū: hūilitatē suā cōmendat. In eo qđ in ipa historia scptuz est: in illo quasi furore dauid: qđ ꝑtermissimus: ⁊ saliuę decurrebāt sup barbā eius: Cū legereī Aplus: audistis ispas saliuas: ꝙ decurrētes sup barbā. Dicit aliquis: Quas saliuas audiuimus: Nōne mō lect⁹ est Aplus cū diceret: Judęi signa petūt: ⁊ greci sapientiā quęrūt: Modo lectū est: Nos aūt ꝑdicamus īqt christū crucifixū. Tūc em̄ tympanizabat iudęis quidē scandalū: gentibus aūt stulticiā: ipis vo vocatis iudęis ⁊ grecis: christū dei virtutē ⁊ dei sapientiā: quia qđ stultū est dei: sapiētius est hoīb⁹: ⁊ qđ infirmū est dei: fortius est q̄ hoīes. Saliuę em̄ significant stulticiā: saliuę significāt infirmitatē. Sz si qđ stultū est dei: sapiētius est hoīb⁹: ⁊ qđ infirmū est dei: fortius est q̄ hoīes: nō tanq̄ saliuę offendāt: ꝙ attende: quia sup barbā decurrūt. Quō em̄ saliuę infirmitas: sic barba virtus ostendiī. Texit g̃ virtutē suā corpe infirmitatis suę. Et qđ forinsecus infirmabaī: tanq̄ in saliua apparebat: intus aūt diuina virt⁹ tāq̄ barba tegebaī. Ergo hūilitas nobis commendaī. Esto humilis: si vis benedicere dñm in oī tpe: ⁊ sp laus eius sit in ore tuo: qz ⁊ iob nō tantū bñ dixit dñm q̄n abūdabāt illi oīa qb⁹ eū legim⁹ diuitem fuisse ⁊ fęlicē: ⁊ pecore: ⁊ seruis: ⁊ domo fęlicē fi

D j.Reg.xxj.

Ibidem.

j.Cor.j.

j.Reg.xxj.

Job.j.

in cor mittere: vt non piger sit postea inde cogitare:
vt qñ audit sit similis mãducãti: cum autẽ audita in
memoriã revocat: t cogitatiõe dulcissima recolit: fi/
at similis ruminãti. Tali q̃ mõ eadẽ dicunt: et faciũt
nos dulciter cogitare quę nouim⁹: t eadẽ ipsa libent
audire: qz modus dicendi variat: t res antiqua ipso
modo dicendi renouat.

¶ Titulus psalmi sic se habet: ¶ In finem pro B
filijs chore: psalmus ipsi Dauid.

Hlios istos chore habẽt tituli psalmor etiã
alij nõnulli: t indicãt dulce mysteriũ: Insi/
nuant magnũ sacramentũ: vbi t nosipsos li
benter intelligam⁹ et agnoscam⁹ in titulo: nos q̃ au/
dimus t legimus: tanq̃ speculo ꝓposito qui sumus
intuemur. Filij chore qui sunt: Fuit homo quidaz
chore nomine: sic em̃ vocabat aliquis homo. Verũ
tamẽ cũ legunt q̃ scripta sunt: t inuenit sermo diui/
nus loqui ad quosdã qui nõ valde intelligunt filij eẽ
eius vni⁹ homis qui vocabat chore: recurrit anim⁹ 1.Paral.6.
ad mysteriũ: vt querat q̃d significet chore. Quia em̃
verbũ hebręũ: dicit vtiq̃ t interptat i grecã linguã
t i latinã linguã: t factũ est. Jã multa noĩa hebręa t
interptata sunt nobis: t inspicim⁹: t inuenim⁹ chore
interptari caluũ: multo magis attendẽtis. Obscurũ
erat cũ dicerent filij chore: nõne obscurius est cum

dicunt filij calui: Qui sunt isti filij calui: An forte fi-
Matth.27. lij sponsi: Quia sponsus in loco caluarie crucifixus
est. Recolite euangelium vbi dominū crucifixerūt:
& inuenietis eum in loco caluarie crucifixum. Pro-
inde qui crucē eius irrident: a demonib⁹ tanq̄ a be-
4.Regl.2. stijs deuozant. Nam significauit & hoc q̄dā scriptu
ra: cū ascēderet ꝓpheta dei helizeus: clamabāt post
eum pueri irridentes: Ascende calue: ascende calue.
Ille aūt non tam crudeliter q̄ mystice fecit illos pu
eros ab vsis exeūtib⁹ deuozari. Si non deuozaren-
tur illi pueri: nunq̄d vsq̄ adhuc viuerent: Aut non
possent mortales nati etiam febre intercipi: Myste
rium in eis tamē non ostenderet: vbi posteri terrerē
tur. Nemo ergo irrideat crucem domini: iudei sunt
possessi a demonibus & deuozati. Nam in caluarie
Matth.27. loco crucifigentes christū: & leuantes in cruce: tanq̄
ipi dicebāt sensu puerili: nō intelligētes q̄d loq̄rent:
ascende calue. Quid est em̄ ascende: Crucifige cru-
cifige. Proponit em̄ puericia ad imitandā humili-
tatem: & item ꝓponit puericia ad cauendā fatuitatē.
Matth.19. Proposita puericia ad imitandā humilitatem: a do
mino est: quādo vocauit ad se pueros: Et cū phibe-
rentur ab illo: dixit: Sinite eos venire ad me: talium
1.Cor.14. est em̄ regnum cęlor. Proposito exemplū puericię
ad cauēdam fatuitatē ab Apostolo est: Fratres no-
Ibidem. lite pueri esse sensibus. Et rursum ꝓponit ad imitan-
dum: Sed malicia infantes estote: vt mentib⁹ perfe
cti sitis. Pro filijs choze psalmus canit. Ergo pro
christianis cāratus est. Audiamus eū tanq̄ filij spō
Matth.27. si illius: quē pueri insensati in caluarie loco crucifixe
4.Regl.2. runt. Illi vero meruerūt a bestijs deuozari: nos ab
angelis cozonari. Agnoscim⁹ em̄ humilitatē domini
nostri: & non de illa erubescimus. Non erubescimus
de illo appellato mystice caluo: ꝓpter caluarie locū.
Ipsa em̄ cruce in qua illi insultatū est: non permisit
caluā esse frontē nr̄am: quia eam suo ligno signauit.
Denicq̄ vt noueritis: quia nobis dicuntur hęc: hic
videte quid et cui dicitur.

L

¶ Expositio psalmi.

O Mnes gentes plaudite manibus.
¶ Nunq̄d populus iudęozum omes gentes
erant: Sed cęcitas ex parte israel facta est:
vt pueri insensati clamarēt: Calue calue: atq̄ ita do-
Matth.27. minus crucifigeret in caluarie loco: & sanguine fuso
Roma.ij. gentes redimeret: & impleret q̄d ait apostolus: Ce-
citas ex parte israel facta est: vt plenitudo gentiū in-
traret. Insultent ergo vani & hebetes & insensati: et
dicant calue calue: Nos aūt sanguine illius redem-
pti qui fusus est in caluarie loco: omes gentes plau-
dite manib⁹: puenisse ad vos gratiam dei. Plaudite
manibus. Quid est plaudite: Gaudete. Sed quare
& cessent manib⁹: Quia bonis operib⁹. Ne gaudeatis oze
nus gentiū videat: qui gaudia donare dignatus est.
Quid est man⁹ gentiū: Facta bene operantiū. Om
nes gentes plaudite manib⁹. ¶ Jubilate deo in
voce exultatiōis. Et voce & manib⁹. Si tm̄ voce:
nō bene: q̄z pigrę sunt man⁹: Si tm̄ manib⁹: nec hoc
bene: q̄z muta est lingua. Concordent manus & lin-
gua: Illa confiteat: illę operent. Jubilate deo in vo
ce exultationis. ¶ Qum dominus excelsus ter-
ribilis. Excelsus ille qui quasi irrisibilis: ascēden-
do in cęlum: factus est terribilis. ¶ Rex magnus

sup omnē terrā. Non tm̄ sup iudęos: nam & sup
illos rex. Jnde em̄ & apostoli crediderūt: inde & mul
ta milia hominū res suas vendiderunt: & pcia ad pe Act.4.
des apostolor posuerūt: & impletum est in illis: qō
erat in titulo crucis conscriptum: rex iudęozum: Matth.27.
Rex est enim & iudeozum. Sed parum est iudęor:
Omnes gentes plaudite manibus: quoniam rex
omis terrę deus. Non em̄ illi sufficit vnā gentē ha-
bere sub se: ideo tm̄ preciū ex latere vdit vt emeret
orbem terrarum. D
Subiecit † plebes nobis: & Al. † populos.
gētes sub pedib⁹ nr̄is. Quas sbiecit & q̄b⁹: Qui
sunt q̄ loquūt: Forte iudei: Plane si apostoli: pla-
ne si sancti. Quis em̄ deus subiecit plebes & gentes:
vt hodie honozarent in gentibus: qui a suis ciuibus
occidi meruerūt: quō dominus eor occisus est a ci-
uibus: & honozat a gētibus: crucifixus a suis: hono-
ratur ab alienis: & pcio facti sui: Jdeo em̄ emit nos:
vt alieni ab eo non essem⁹. Putate q̄ voces esse apo
stolorum: Subiecit plebes nobis: & gētes sb pedib⁹
nostris. Nescio. Virū si apli tam supbe loquerētur
vt gauderēt gentes esse positas sub pedib⁹ suis: id ē
christianos sub pedibus aplorū. Etem̄ apli gaudēt
nos secū esse sub pedibus illi⁹ q̄ mortuus est pro no
bis. Nam sub pedib⁹ pauli currebāt qui volebāt eē
pauli: & dicebat eis: Nunq̄d paulus ꝓ vobis cruci- 1.Cor.1.
fixus est: Quid q̄ hic: Quid accepturi sum⁹: Sub-
iecit plebes nobis: & gētes sub pedib⁹ nostris. Om-
nes ptinentes ad hereditatē christi: in omibus genti
bus sunt: & omes non ptinetes ad hereditatē chri-
sti: in omibus gentibus sunt: videtis sic exaltari in
nomine christi ecclīam christi: vt oēs nōdū credētes
in christo: sb pedib⁹ iaceant christianor. Quanti em̄
modo currūt ad ecclīam nondum christiani: rogant
auxiliū ecclesię: subueniri sibi temaliter volūt: etiā
si in ęternū nobiscū regnare adhuc nolūt. Cū omes
q̄runt auxiliū ecclię: & q̄ nondū sunt in ecclīa: nonne
subiecit plebes & gētes sub pedibus nr̄is: ¶ Elegit E
nobis hereditatē suā: speciē iacob † quam Al. † quem.
dilexit. Pulchritudinē quandā iacob elegit nobis
hereditatē suā iacob. Duo fratres erāt esau & iacob: Gen.27.
in vtero matris ambo ꝓfligebāt: & de cōflictu viscera
materna quatiebāt: & ibi cū duo essent: electus ē mi
nor: & ꝓposit⁹ ē maiori: & dictū est: Duo populi sūt
in vtero tuo: & maior seruiet minori. Per omes gen- Roma.9.
tes maior: p oēs gentes minor. Sed minor in bonis
christianis: electi: pūs: fidelibus: Maior in supbis:
indignis: peccatoribus: ꝓtumacibus: sua peccata de
fendentibus magis q̄ confitentib⁹: qualis etiā ipse
populus iudęor fuit: ignorās dei iusticiā: & suam vo Roma.10.
lens constituere. Sed q̄a dictum est: Maior seruiet
minori: manifestū est: q̄ pūs subdent ipi: & hūilib⁹
subdent supbi. Prior nat⁹ est esau & posterior nat⁹ ē
iacob: & q̄ posteri⁹ nat⁹ est: p̄lat⁹ ē primo nato q̄ p gu-
lam perdidit primogenita sua. Sic habes scriptū:
Desiderauit lenticulā: & ait illi frater eius: Si vis vt Gen.27.
dem tibi: da mihi primogenita tua. Ille plus ama-
uit qō corporaliter cōcupierat: q̄ qō spiritaliter ꝑpo
nascendo meruerat: & ꝓposuit primogenita sua: vt
manducaret lenticulā. Lenticulam aūt inuenimus
cibū esse egyptior: Nam ibi abundat in egypto: vn
de magnificat lenticula alexandrina: & venit vsq̄ ad
terras nostras quasi hic non nascatur lenticula. Er-
go desiderando cibū egyptiū: perdidit primatum.

Sic ꝛ populus iudęoꝝ: de quo dictum est: cõuersi sunt corde in ęgyptũ: lenticulã quodãmodo deside-
rauerũt: ꝛ primatũ pdiderũt. Elegit nobis hęreditatem suã: speciẽ iacob quẽ dilexit. ¶ Ascẽdit deus
Ps. Iubilo. in †iubilatione: Ipse ille dñs noster iesus christꝰ ascendit in iubilatione. ¶ Dominus in voce tu-
be. Ascendit. Quo: nisi quo scimꝰ? Quo eũ iudei nõ
Matth. 27. sũt secuti: nec oculis. In cruce eñ exaltatũ irriserũt: in cęlũ ascendentẽ nõ viderũt. Ascẽdit deus in iubilatione. Quid est iubilatio: nisi admiratio gaudij: q̃
Act. j. verbis nõ põt explicari? Quõ admirati sunt gaudẽtes discipuli: videtes ire in cęlũ: quẽ plantxerũt mox tuũ? Reuera qꝛ gaudio huic verba nõ sufficiebant: restabat iubilare quod nemo potuit explicare. Ibi
Esa. 58. erat ꝛ vox tubę: vox illa angeloꝝ. Dictũ est eñ: sicut tuba exalta vocẽ tuã. Prędicauerũt angeli ascensionem dñi: viderũt discipulos ascẽdente dño: hęrẽtes: admirãtes: stupentes: nihil dicentes: sed corde iubilantes. Et vox iam tubę in clara voce angeloꝝ: Viri
Act. j. galilei inq̃t: q̃d hꝫ statis? Hic ẽ iesus: Quasi illi nõ scirent qꝛ ipse eẽt iesus. Ante se pauloante eũ nõ viderant: secũ loquentẽ nõ audierãt? Nempe nõ solum
Luce. 24. speciẽ viderũt p̃sentis: sed ꝛ mẽbra cõtrectauerunt. Ipsi g̃ nesciebant q̃ ipse esset iesus: Sed admiratione ipsa p̃ gaudio iubilatiõis: tãq̃ mẽte alienat': loquũt angeli: ipse est iesus: Quasi dicerẽt: Si creditꝭ
Ibidem. illi q̃ crucifixo nutauerũt vob̃ pedes: q̃ occiso ꝛ sepulto: spem vobis pdidisse putabatis: ecce ipe est iesus.
Act. j. Ascendit ante vos: sic veniet quẽadmodũ eũ videtꝭ euntẽ in cęlũ. Tollit quidẽ corpꝰ ab oculis vestris: ꝫ nõ separat deꝰ a cordibꝰ vestris. Videte ascendẽtem: credite in absentẽ: sperate venientẽ: ꝫ tñ p misericordiã occultam etiã sentite p̃sentẽ. Ille eñ qui
Matth. 28. ascẽdit in cęlũ vt tolleret ab oculis vestris: promisit vobis dicẽs: Ecce ego vobiscũ sum vsq̃ in p̃summa
Phil. 4. tionẽ sęculi. Merito ꝛ apl's sic nos alloq̃bat: Dominus in ꝓximo est: nihil solliciti fueritis: Sedet sup cęlos christus: ꝛ longe sũt cęli: ꝛ ipse qui ibi sedet: prope est. Dñs in voce tubę. Ergo vos filij choze: iã si
intellexistis vos: ꝛ inspicitis hic vos: gaudetis: quia
Ꝫ †Ꝫ alia littera addit̃: psallite regi nr̃o psallite. videtis hic vos. ¶ Psallite deo nr̃o: psallite†. Quem tanq̃ hoiem irriserunt: q̃ a deo alienati sũt:
Matth. 27. psallite deo nr̃o. Non eñ hõ tantũ: ꝫ ꝛ deus. Homo ex semine dauid: deꝰ dñs dauid: ex iudeis carnẽ ha-
Roma. 1. bens: quoꝝ patres: ait apl's ꝛ ex quibꝰ christꝰ Ꝫ carnẽ. Ex iudeis g̃ christꝰ: ꝫ Ꝫ carnẽ. Quis aũt iste
Ibidem. christus q̃ est ex iudeis Ꝫ carnẽ? Qui est sup oñia deus benedictus in sęcula. Deus ante carnẽ: deꝰ in carne: deus cũ carne. Nec solũ ante carnẽ deus: sed ante terrã deꝰ: vñ facta est caro: nec tantũ ante terrã deus vñ caro facta est: ꝫ etiã ante cęlũ deꝰ: qõ prius factũ est. Ante diẽ deus q̃ p̃mus factꝰ est: ante oñes
Joh. j. angelos deꝰ: in se christꝰ deꝰ: qñ in p̃ncipio erat verbũ: ꝛ verbũ erat apũd deũ: ꝛ deꝰ erat verbũ: Oñia p ipsũ facta sũt: ꝛ sine ipo factũ est nihil. Ille est ante oñia: p quẽ facta sunt oĩa. Psallite g̃ deo nr̃o: psallite. ¶ Qm rex omnis terrę deus. Quid eñ? Et
añ nõ oĩs terrę deꝰ? Nõne ꝛ cęli ꝛ terrę deꝰ: cũ vtiq̃ p illũ facta sunt oĩa? Quis posset dicere nõ esse deũ suũ? Sz nõ omnes hoies agnouerũt deũ suũ: ꝛ vbi
Ps. 75. agnoscebat: q̃si ibi tantũ deꝰ erat. Notus in iudea deꝰ: nõdũ filijs choze dicebat: oñes gentes plaudite manibꝰ. Ille eñ deꝰ notꝰ i iudea: rex oñis terrę:

deꝰ est. Jam ab omnibꝰ agnoscit: qꝛ impletũ est qõd
dicit esaias: Ipse deus tuꝰ qui eruit te: vniuersę ter- Esa. 54.
rę deus vocabit. Quoniam rex omnis terrę deus.
Psallite †intelligenter. Docet nos ꝛ admonet Al. Nam
nos vt psallamus intelligenter: non quęrannus sonũ
auris: sed lumen cordis. Psallite inq̃t intelligenter.
Gentes vnde vocatę estis: vt christiani esset? Ado
rabant deos manu factos: ꝛ psallebant illis: sed non
intelligenter. Si intelligenter cantarent: lapides nõ
adorarent. Quando homo sensatꝰ cantabat lapidi
insensato/ nunq̃d intelligẽter cantabat? Modo aũt
fratres nõ videmꝰ oculis quẽ adoramꝰ: ꝛ tñ correcti
adoramꝰ. Multo magis nobis deꝰ cõmendat potẽ
tior: quia eũ oculis non videmꝰ. Si eũ oculis videremus: forte cõtemnerem. Nam ꝛ christũ iudei vi-
sum contempserũt: non visum gentes adorauerunt.
Illis eñ dictũ est: psallite intelligenter: nolite esse si- Ps. 31.
cut equus ꝛ mulus in quibus non est intellectus.
Regnabit †dominus super †omnes gen- Al. Deus. †non hab.
tes. Qui regnabat super vnam gentẽ: regnabit in-
quit super omnes gentes. Quando dicebant ista: sic
per vnam gentẽ regnabat deꝰ: prophetia erat: nõdũ
res demonstrabatur. Deo gratias: iam videmꝰ im-
pleri q̃d ante prophetabat. Chirographũ deꝰ ante
tempꝰ scripsit nobis: impleto tempore reddidit no-
bis. Regnabit deus super oñes gentes: promissio
est. ¶ Deus sedet super sedem sanctam suã.
Quod tũc promittebatur futurũ: nũc impletũ agnoscit ꝛ tenet. Deus sedet super sedem sanctam suam.
Quę sedes eius sancta: Forsitan cęli: ꝛ bene intelli- Act. j.
gitur. Ascendit eñ christus sicut nouimꝰ eũ corpo- 2. Tim. 4.
re in q̃ crucifixus est: ꝛ sedet ad dexterã patris: inde
eũ venturũ expectamꝰ ad iudicandos viuos ꝛ mor-
tuos. Sedet sup sedem sanctam suã. Cęli sunt sedes
sancta eius. Vis et tu esse sedes ei? Noli putare te
esse nõ posse. Para illi locũ in corde tuo: venit ꝛ libẽ- 1. Cor. 1.
ter sedet. Ipse certe est dei virtus ꝛ dei sapientia. Et
q̃d dicit scriptura de ipa sapiẽtia: Anima iusti: sedes
sapientię. Si ergo anima iusti sedes est sapientię: sit
anima tua iusta: ꝛ eris regalis sella sapientię. Et re-
uera fratres: omnes homines q̃ bene viuũt: q̃ bene
agũt: ꝫm charitatem piam conuersanꝫ: nonne deꝰ in
illis sedet: ꝛ ipse iubet? Obtemperat anima sedenti
in se deo: ꝛ ipsa iubet membris. Anima eñ tua iubet
membro tuo: quo moueat pes: q̃ man?: q̃ oculus: q̃
auris: ꝛ iubet ipsa membris tanq̃ famulis suis: sed
et ipsa seruit interi? insidenti sibi domino suo. Non
potest inferiori se bene imperare: nisi superiori se nõ
fuerit dedignata seruire. Deus sedet super sedẽ san-
ctam suam. ¶ Principes populorum †congre- Al. te-
nerunt cum deo abraam. Deus abraam ꝛ deꝰ sunt.
isaac ꝛ deus iacob. Vere est: dixit hoc deꝰ: ꝛ superbi
erant inde iudei: ꝛ dixerũt: Nos filij abrahę sumus. Joh. 8.
Superbientes de nomine paterno: gerentes eꝰ car-
nem: non tenentes eius fidem: semini adhęrentes:
mortibꝰ degenerantes. Deniq̃ dominꝰ q̃d ait eis ita
superbientibus: Si filij abrahę estis: facta abrahę faci- Ibidem.
te. Item quid illis dixit ioannes venientibus ꝛ con
tremiscentibus quibusdam ipsorũ: qui se pœnitendo
corrigere voluerũt? Progenies viperarum. Erant Matth. 3.
enim iniq̃: erant perditi: erant peccatores: erãt impij:
Venerunt ad baptismũ ioannis. Et quid eis dicit?
Progenies viperarũ. Illi se dicebant filios abrahę:

90

ꝛ ipſe illos dicebat filos viperarū. Nunq̄d abraam vipera erat? Sed quia maleviuendo demones imitati erant: ꝛ eorū filij facti erant: quos imitando male viuebant. Progenies iquit viperarū: quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructū dignū pēnitentię: ꝛ nolite dicere apud vosmetipos: Matth.3. patrē habem⁹ abraā: ꝛ q̄si ſupbire de genere abraę. Potens eſt enī deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios abraę. Nō enī remanſur⁹ eſt abraā ſine filijs: ſi vos dānauerit deus: Pōt enī ꝛ dānare q̄s odit: ꝛ illi reddit⁹ eſt filios: ſi damnaret hebreos de carne eius pgenitos? De lapidib⁹ iſtis. Oſtēdebat illis lapides in eremo. Qui erant lapides quare? Adorādo lapides: dicti erant lapides: Pſ.jij. q̄z pſalmus p̄dixerat: ſimiles illis fiant q̄ faciūt ea: ꝛ omes q̄ confidūt in eis. Tamē de ipſis lapidib⁹ reddidit filios abraę. Modo oēs q̄ lapides adorabam⁹: k cōuerſi ad dñm: filij abraę facti ſum⁹: non ducendo ab illo carnē: ſed imitādo fidem. Principes g̃ populorū cōuenerūt cū deo abraā. Principes pl'oꝝ: gētium principes: nō vni⁹ populi p̄ncipes: ſed princi- Matth.8. pes pl'oꝝ omniū cōuenerūt cū deo abraā. Ex ipſis p̄cipibus erat ꝛ iſte centurio: de quo mō euangelium cum legerē audiſtis. Erat enī Cēturio habens honorem ꝛ poteſtatē inter homines: princeps erat de p̄cipib⁹ populoꝝ. Veniēti ad ſe chriſto obuiā miſit amicos ſuos: immo vero tranſituro chriſto miſit amicos ſuos: ꝛ rogauit vt curaret puerum eius qui periculoſe infirmabat. Et cū vellet ipſe domin⁹ venire: hoc ei mandauit: Non ſum dign⁹ vt ſub tectū meū intres: ſed tantū dic verbo: ꝛ ſanabitur puer meus. Ibidem. Nam et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites. Videte quēadmodū tenuit ordinē. Prius cōmemorauit q̄d ſub alio eſſet: ꝛ poſtea q̄d alij ſb illo eſſent. Sub ptāte ſū: ꝛ in ptāte ſū: Et ſub aliq̄ ſum: ꝛ ſup aliq̄s ſū: Et dico huic vade: ꝛ vadit: ꝛ alio veni: ꝛ venit: ꝛ ſeruo meo fac hoc ꝛ facit Tanq̄ diceret: Si ego ſub poteſtate cōſtitutus iubeo illis qui ſub me ſūt: tu qui ſub nullius poteſtate Job.1. poſitus es: nō potes iubere creaturę tuę: q̄ omnia Matth.8. per te facta ſūt: ꝛ ſine te factū eſt nihil: Dic ergo verbo iniquit: ꝛ ſanabit puer meus. Nam vt in domum meā intres: non ſum dignus. Trepidauit chriſtum mittere intra parietes ſuos: ꝛ iam ītus erat in corde eius. Jam erat anima eius ſedes illius: iam ibi ſedebat ille qui humiles requirebat. Ibidem. Conuerſus deniq̄ chriſt⁹: miratus eſt: ꝛ ait ſequentib⁹ ſe: Amen dico vobis: nō inueni tantā fidē in iſrael. Et ſicut ali⁹ euāgeliſta eandē rē narrat: ſequit dom̄in⁹ ꝛ dicit: Jdeo dico vobis: q̄z multi ab oriente ꝛ occidente venīēt et recūbent cū abraā ꝛ iſaac ꝛ iacob in regno cęlorum. Jſte enī centurio nō erat de pl'o iſrael. Nam in pl'o iſrael: ſupbi repellebāt a ſe deū: in p̄ncipib⁹ gentium inuentus eſt humilis qui ad ſe inuitaret deū. Admirans ieſus fidē ipſi⁹: reprobat pfidiā iudęoꝝ. Sani eū ſibi videbāt: ꝛ periculoſius ęgrotabant: quādo Matth.8. medicū nō cognoſcētes occidebāt. Cum g̃ reproba ret ꝛ repudiaret illoꝝ ſupbiā: quid ait? Jdeo vobis dico: q̄z multi ab oriente ꝛ occidēte venient: non prinentes ad cognationē iſrael. Veniēt multi quib⁹ dixit: Omnes gentes plaudite manib⁹: ꝛ recūbent cum abraā in regno cęlorum. Non illos genuit carne ſua

abraā: ꝛ venientes recumbent cū illo in regno cęloꝝ: ꝛ filij ipſi⁹ erūt. Quare filij ipſius? Non nati de carne: ſed ſequēdo fidē ipſi⁹. Filij autē regni: id ē iudęi Matth.8. ibunt in tenebras exteriores: illic erit ploratio ꝛ ſtridor dentiū. Damnabunt in tenebras exteriores qui nati ſunt de carne abraę. Et recūbent cū eo in regno cęloꝝ: qui imitati ſunt fidem abraę. Merito ergo et hic principes populoꝝ conuenerūt cū deo abraam. Et quid illi q̄ pertinebant ad deum abraā? Quo- L niam dij fortes terrę † valde eleuati ſunt. Al. †vehemēt Qui erāt dij? Populus ille dei: vitis illa dei: de qua dicitur: Judicate iter me ꝛ inter vineā meam: Jbūt Eſa.5. in tenebras exteriores: nō recūbent cū abraā ꝛ iſaac Matth.8. et iacob: non conueniunt cum deo abraam: Quare? Quoniam dij fortes terrę. Jlli qui erant dij fortes terrę: p̄ſumētes de terra: de qua terra? De ſe ipſis: q̄z omnis homo terra. Homini enī dictū eſt: Terra es Geñ.3. ꝛ in terram ibis. Debet autē homo de deo p̄ſumere: ꝛ inde ſperare auxiliū: non de ſe. Non enī terra pluit ſibi aut lucet ſibi. Quomodo autē terra de cęlo expectat pluuiam aut lucem: ſic homo de deo debet expectare miſericordiam ꝛ veritatem. Jlli g̃ dij fortes terrę: valde eleuati ſunt: id eſt valde ſuperbierūt: nō ſibi medicum neceſſarium putauerunt: ꝛ ideo in ſua ęgritudine remanſerunt: ꝛ ipſa ęgritudine ad mortē perducti ſunt. Pręciſi ſunt rami naturales: vt humi Roma.jj. lis inſereret oleaſter. Quonīā dij fortes terrę valde eleuati ſunt. Teneam⁹ ergo fratres humilitatē: charitatem: pietatem: quia reuocati ſumus illis reprobatis: vel illoꝝ exemplo ſupbire timeam⁹ admoniti.

Explicit tractatus de pſ. XLVI.

Jncipit tractatus de pſ. XLVII.

Jtulus pſalmi eſt: Laus cantici filijs A choze ſecunda ſabbati. De hoc quod dominus donare dignabit: excipite tanq̄ filij firmamenti. Secunda enī ſabbati: id eſt poſt dies primum quem dominicū dicimus: quę etiam ſecunda feria dicitur: factū eſt firmamentum cęli: immo firmamentū cęlum. Cęlum enī vocauit deus firGeñ.j. mamentū. Primo aūt die lucē fecerat: ꝛ a tenebris Jbidem. diuiſerat: ꝛ vocauerat lucem diem ꝛ tenebras noctē. Sicut aūt indicat pſalmi huius contextio: aliquid etiam p̄locut⁹ eſt deus in illo opere ſuo: q̄d compleretur in nobis cū gaudio: ꝛ fm huius creaturę conditionem: ſęcula cucurrerūt. Non fruſtra enī domiJob.1. nus ait de moyſe: De me enī ille ſcripſit: niſi q̄a oia quę ſcripta ſūt: etiam cū deus cōderet creaturā: poſſunt interpretari ad ſignificationem futuroꝝ: vt inGeñ.j. telligas deum feciſſe lucem: cum chriſtus a mortuis reſurrexiſſet. Tūc enī reuera illa lux diuiſa eſt a tenebris: quando imortalitas a mortalitate diſcreta eſt. Quid ergo ſequit: niſi vt capiti etiam corpus fieret quod eſt eccleſia? Deniq̄ eſt etiam pſ. de pēma ſabbati: in quo aptiſſime reſurrectio domini declarat. Jbi enī dicit: Tollite portas p̄ncipes veſtras: ꝛ eleuamini portę ęternales: et introibit rex glorię. Quid Pſ.23. euidentius q̄ chriſtum eſſe regē glorię? De quo dictum eſt: Si cognouiſſent: nunq̄ dominū glię crucij.Coz.9. fixiſſent. Secundam ergo ſabbati nō debem⁹ intelligere niſi eccleſiam chriſti: ſed eccleſiam chriſti in ſanctis: eccleſiā chriſti in his qui ſcripti ſunt in cęlo: eccleſiā chriſti in his qui mundi huius temptationibus non cedunt. Jpſi enī digni ſunt nomine firma-

menti. Ergo ecclesia christi in his qui firmi sunt: de
Roma.15. quibus dicit apostolus: Debemus autē nos firmi:
infirmitates infirmoꝝ sustinere: appellata est firma-
mentum. De hoc cantat in hoc psalmo. Audiamus
agnoscamus: sonemus: gloriemur: regnemus. Ma-
ꝙ eam etiam firmamentum apostolicis litteris ap-
1.Timoth.3. pellatam: audi & agnosce: Quę est iquit ecclesia dei
Matth.27. viui: columna & firmamentum veritatis. De hoc fir-
mamento cantat filijs chore: quos nostis esse filios
sponsi crucifixi in caluarię loco. Chore nanqꝫ calui-
cium interpretatur. Sequitur in hoc psalmo: qui in
scribitur secunda sabbati.

¶ Expositio psalmi.

B Magnus dominus & laudabilis †valde. Ecce magnus domin⁹ & laudabilis val-
Al. †nimis. Psa.144. de. Sed nunquid infideles laudant domi-
num? Nunquid etiam qui creduntꝫ male viuūt lau-
Roma.2. dant dominum: per quos fit vt nomen dei blasphe-
metur ī gentibus? Nunquid laudant dominū? An
vero si etiam laudent: acceptat laus eoꝝ: cum scri-
Eccl.15. ptum sit: Non est speciosa laus in ore peccatoris?
Dixisti ergo: Magnus domin⁹ & laudabilis valde:
sed dic vbi. ¶ In ciuitate dei nostri: in monte
Psa.25. sancto eius. De hoc alibi dicit: Quis ascendet in
montem domini? Innocens manibus & mundo cor-
de. In his magnus domin⁹ & laudabilis valde: hoc
Matth.7. est in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Hęc est
ciuitas in monte posita: quę absconditi non pōt. Hęc
Ibidem. est lucerna que sub modio non occultatur: omnibus
nota: omnibus diffamata. Non aūt vniuersi ciues
eius sunt: sed illi in quibus magnus dominus & lau-
dabilis valde. Quę est ergo ista ciuitas videamus:
ne forte quia dictum est: In ciuitate dei nostri in mō
te sancto eius: debeamus quęrere istum montē: vbi
etiam exaudiri possimus. Non em̄ frustra dicitur in
Psa.3. alio psalmo: Voce mea ad dominum clamaui: & ex-
audiuit me de monte sancto suo. Adiuuit g̃ te mons
iste vt exaudireris. Nam si in eum nō ascēderes: in-
fra iacens: clamare posses: sed exaudiri non posses.
Quis est ergo iste mons fratres? Magna cura inq-
rendus: magna sollicitudine inuestigandus: labore
etiam occupandus & ascendendus. Sed si in aliqua
parte terrarum est: quid faciem⁹? Peregrinabimur
de terra nostra: vt ad illum montem peruenire possi-
mus? Immo vero tūc peregrinabimur: si in illo nō
sumus. Ipsa est em̄ ciuitas nostra: si membra regis
sumus: qui caput est ciuitatis ipsius. Vbi est ergo
iste mons? Si regionem aliquam tenuit: laborādū
est: vt dixi: vt ad eum perueniat. Sed quid satagis?
Utinam non sis piger ascendere in mōtem: quomo-
do mons non fuit tardus venire ad dormientē. Fu-
Roma.9. it enim quidam lapis angularis contemptibilis: in
Daniel.2. quem iudei offenderūt: pręcisus est de quodam mō-
Luce.1.et 2. te sine manibus: hoc est de regno iudęorum veniēs
Roma.9. sine manibus: quia humanum opus non accessit ad
mariam de qua natus est christus. Sed si lapis iste
vbi in eum offenderunt iudei ibi remaneret: tu quo
ascenderes non haberes. Quid aūt factū est? Quid
Daniel.2. dicit ꝓphetia danielis? Quid nisi quia creuit lapis
iste: & factus est mons magnus? Et magnus? Ita
vt impleret vniuersam faciem terrę. Ergo crescen-
do mons iste et implendo vniuersam faciem terrę:
venit ad nos. Quid ergo montem quasi absentem
quęrimus: & non in pręsentem iam ascendimus vt
sit in nobis magnus dominus & laudabilis valde?
Deniqꝫ ne istum montem non agnosceres: & in hoc
psalmo: & in aliqua parte terrarum quęrendum esti-
mares: vide quid sequitur: Cum dixisset in ciuita-
te dei nostri in monte sancto eius: quid addidit?
†Dilatās exultatiōes vniuersę terrę: †mōtes sion. Sion vnus mons est. Quid ergo mon-
Al. †montis. tes? An quia ad sion pertinuerunt: etiam qui de di-
uerso venerunt: vt sibi cōcurrerent in lapidem angu-
larem: & fierent illi duo parietes tanqꝫ duo montes:
vnus ex circumcisione: alter ex pręputio: vnus ex iu-
deis: alter ex gentibus: non iam aduersi & diuersi: qz
ex diuerso iam in angulo nec diuersi? Ipse est em̄ in
quit: pax nostra: qui fecit vtraqꝫ vnum. Ipse ille an-
gularis lapis quem reprobauerunt ędificantes: hic
factus est in caput anguli. Duos iunxit in se mons
montes: Una domus & duę domus: Duę propter
ex diuerso venientes: vna propter lapidem angula-
rem in quo sibi ambę copulantur. Audi & hoc: Mō-
tes sion: ¶ Latera aquilonis ciuitas regis
magni. Intenderas em̄ tu sion tanqꝫ vnum locū:
vbi condita est hierusalem: et in ea tibi non occurre-
bat: nisi populus ex circumcisione: qui quidez ex re-
liquijs a christo collectus est: ex magna aūt parte tā
qꝫ palea ventilatus. Etem̄ scriptum est: Reliquię sal-
uę fient. Sed attende & gentes: vide & oleastrum in-
seri in pinguedine oliuę. Ecce gentes: latera aquilo-
nis: adiūcta sunt latera aquilonis ciuitati regis ma-
gni. Contrarius solet esse aquilo sion. Sion quippe
in meridie: aquilo contra meridiem. Quis est iste
aquilo nisi qui dixit: Ponam sedem meaz ad aquilo-
nem: et ero similis altissimo? Tenuerat regnum dia-
bolus impiorum: & possederat gentes seruientes si-
mulacris: adorantes dęmonia: et totum quicquid
generis humani erat vbiqꝫ per mundum: inhędo
illi aquilo factus erat. Sed quoniam ille qui alligat
fortem: aufert eius vasa & facit vasa sua: liberati ho-
mines ab infidelitate & superstitiōe dęmoniorū: cre-
dentes in christum colliniati sunt illi ciuitati: occur-
rerūt in angulo illi parieti de circūcisione veniēti: et
facta est ciuitas regis magni q̃ fuerat latera aquilonis.
Ideo & in alia scriptura dicitur: Ab aquilone nubes
coloris aurei: in his est magna gloria & honor omni
potentis. Magna em̄ gloria medici est: quando ex
desperatione conualescit ęgrotus. Ab aquilone nu-
bes: & non nigrę nubes: nō caliginosę: non terrę: sed
coloris aurei. Unde: nisi gratia illuminatę per chri-
stum? Ecce latera aquilonis: ciuitas regis magni.
Latera vtiqꝫ: quia inhędrent diabolo. Quicunqꝫ
enim alicui cohęrent: latera ipsius dicuntur. Nam
& de aliquibus hominibus solemus ita loqui: Bo-
nus homo est: sed mala latera habet: id est ipse qui-
dem probitatem pręstat: sed malignis sunt qui ei con-
iuncti sunt. Latera ergo aquilonis qui diabolo co-
hęrebant: inde venit & iste filius de quo modo audie-
bamus: quia mortuus erat & reuixit: perierat & inuē-
tus est. Proficiscēdo em̄ in regionē longinquā: eti-
am ad aquilonē peruenerat: & ibi sicut audistis: vni
ex principibus regiōis illius adhędrerat. Factus est
ergo latus aquilonis adhędrendo principi regionis
illius: sed quia ciuitas regis magni: & ex latere aqui-
lonis colligitur: reuersus ad se dixit: Surgam & ibo

Psa.144. Luce.14. Ibidem. Psa.47. Matth.12. Eph.2. Job.37. Matth.4. Roma.9. Esa.14.

ad patrē meū: Et occurrit ei pater qui dicit de illo: mortuus erat & reuixit: perat & inuentus est. Uitul⁹ ille saginatus: lapis angularis fuit. Deniqꝫ & maior filius qui epulari nolebat: exhortatus a patre ingressus est: & duo iam parietes: tanqꝫ illi duo filij ad vitulum peruenientes: ciuitatez regis magni fecerūt.

E Sequatur ergo iste psalm⁹ & dicat: ¶ Deus in domibus eius cognoscetur. Jam i domibus p. Epb.2. pter montes: propter duos parietes: propter duos Luce.15. filios. Deus in domib⁹ eius cognoscetur. Sed gratiam cōmendat: ideo addidit. ¶ Cum suscipiet eam. Nā quid esset ipsa ciuitas: nisi ille suscepisset 1.Cor.3. eam: Nonne statim caderet: nisi tale fundamentum haberet: Fundamentum eñ aliud nemo potest po 1.Cor.3. nere: pꝛeter id quod positum est: quod est christus iesus. Nemo ergo de suis meritis glozietur: sed qui gloziatur: in domino glozietur: quia tunc est illa magna ciuitas: tunc in ea cognoscitur dominus cum suscipiet eam: quomodo suscipit medicus ęgrotum curandum: non sicut est amandum. Eteñ febzem odit medicus. Non amat medicus ęgrotum: et amat medicus ęgrotum. Si ęgrotum amaret: semper egrotum optaret: Rursus si ęgrotū non amaret: ad ęgrotum non veniret: sed amat ęgrotum: vt faciat sanū. Suscepit ergo hanc ciuitatem dominus: & agnitus Ibidem. est in ea: id est gratia ipsius cognita est in illa ciuita- te: quia quicquid habet illa ciuitas quę gloziatur in 1.Cor.4. domino: non habet de se. Propter hoc eñ dicitur: Quid enim habes quod non accepisti: Si autē ac- cepisti: quid gloziaris quasi non acceperis: Deus i domib⁹ eius cognoscet: dū suscipiet eam.

Quo- ¶ Ar.†nō habet. & cōgregati sūt. niam ecce reges †terrę† collecti sunt. Jam ec- ce illa latera aquilonis videte quomodo veniant: vi- Esa.2. dete quomodo dicant: Uenite ascendamus in mon- tem domini: annunciauit eñ nobis viam suā: vt in- Ar.†nō habet. grediamur in ea. Ecce reges terrę collecti sūt ¶ †Et Epb.2. conuenerunt in vnum. In quem vnum: nisi in Ar.†sic. lapidem illum angularem: ¶ Ipsi videntes †ita admirati sunt. Post admirationem miraculorū et glozię christi: quid secutum est: ¶ Conturbati sunt: commoti sunt: tremoz apprehendit eos. Unde tremoz apprehendit eos: nisi de conscię- Ps.2. tia delictorū: Currant ergo reges post regem: agnoscant reges regem. Inde alibi: Ego aūt inquit cōstitutus sum rex ab eo super sion mōtem sanctū eius: p̄dicans pꝛeceptum domini. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuā: & possessionem tuā terminos terre. Reges eos in virga ferrea: & tanqꝫ vas figuli conteres eos. Auditus est ergo rex: cōstitutus in sion: tradita est illi possessio vsqꝫ ad termi- nos orbis terrę. Metuere nō debēt reges ne regnū Matth. 2. pdāt: ne illis auferat regnum: sicut miser timuit herodes: & pro paruulo occidit paruulos. Timens autem regnum amittere: nō meruit regem agnoscere. Utinam & ipse regem cum magis adozaret: non male regnum quęrendo: innocentes perderet: & nocens periret. Nam quod ad illū attinebat: perdidit innocentes: Quum aūt ad christū: etiam paruus pro se Ps.2. mozientes paruulos cozonauit. Ergo debuerunt timere reges quando dictum est: Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo: & hereditatem vsqꝫ ad fines terrę dabit mihi qui me constituit regē. Sed quid inuideris reges: Uidete: nō inuidete. Longe eñ aliter iste rex Job. 38. qui dixit Regnū meū nō est de hoc mundo. Nolite ergo timere: ne vobis auferat regnū mundi huius: dabit vobis regnū: sed cęlorū: vbi ille rex est. Ideo Ps.2. quid ibi sequitur: Et nunc reges intelligite. Jam inuidere vos parabatis: intelligite: de alio rege dicit: Cuius regnum nō est de hoc mundo. Merito ergo collecti sunt reges in vnū: cōturbati sunt: tremoz apprehendit eos. Inde & illis hoc dicitur: Et nunc reges intelligite: erudimini oñes qui iudicatis terrā. Seruite domino in timoze: & exultate ei cum tremore. Et quid fecerunt: ¶ Ibi dolozes vt parturientis. Quid sunt dolozes vt parturientis: nisi dolores pęnitentis: Uide ipsam conceptionē dolozis et parturitiōis: A timoze tuo: inqt esaias: cōcepimus: Esa.26. & parturiuim⁹ spiritū salutis. Sic ḡ conceperunt reges a timoze christi: vt parturiēdo salutem parerēt: credendo in eum quem timuerūt. Ibi dolozes sicut parturientis. Ubi parturientē audis: fętū expecta. Parturit vetus homo: sed nascitur nouus homo. Ibi dolozes vt parturientis: ¶ In spiritu †vio- Ar. †vehemēti. lento conteres naues tharsis. Breuiter intelligitur: euertens superbiā gentiū. Sed vnde ex hac historia dicitur euersio superbię gentiū: Propter naues tharsis. Tharsis ciuitatē quęsierunt docti: hoc est quę nā ciuitas hoc nomine significaretur: et aliquibus visum est ciliciam dictā esse tharsis: ex eo qꝺ metropolis eius tharsus dicitur: De qua ciuitate erat etiam paulus apostolus: natus in tharso Act.21. cilicię. Aliqui aūt eam carthaginē intellexerunt: forte assis aliquando ita nominatā: aut aliqua locutione ita significatā. Nanqꝫ apud ꝓphetā esaiā sic inuenitur: Ululate naues carthaginis. Apud ezechielem Esa.23. autem a diuersis interpretib⁹: ab alijs carthago: ab Ezech.26. alijs tharsis interpretata est: & hoc diuersitate interpretum positū potest intelligi: hāc appellari tharsū: ꝙ carthago dicebat. Manifestū ē aūt ꝙ ꝑmozdia regni carthaginis nauib⁹ flozuerūt: & ita flozuerunt vt inter cęteras gētes excellerēt negociationib⁹ & nauigationib⁹. Nam quādo dido fugiens fratrem delapsa est ad terras africę: vbi carthaginem cōdidit: naues quę paratę erant ad mercationem: in eius regionem assumpserat ad fugam: consentientibus sibi regionis eius principibus: & ipsę naues etiam cōdita carthagine ad negociādum non defecerunt: atqꝫ hinc nimium superba facta est ciuitas illa: vt digne per eius naues intelligatur superbia gentium: pꝛesumens in incertis tanqꝫ in flatibus ventoꝝ. Jam nō pꝛesumatur de velificatione: & quasi ꝓsperitate securi huius: tanqꝫ maris fundamētum nostrum in sion sit: ibi stabiliri debemus non perflari oñi vento doctrinę. Quicunqꝫ ergo ex incerto huius vitę tumuerant: euertantur: & subijciāt christo: id est oīs superbia gentiū conterenti in spiritu violento naues tharsis: non cuiuscunqꝫ ciuitatis sed tharsis. Quomodo in spiritu violento: Timoze fortissimo. Sic eñ eum tremuit omnis superbia iudicaturum: vt in humilē crederet: ne excelsum expaueſceret. ¶ Sicut audi- Epb.4. lh uimus †ita† et vidimus. O beata ecclesia: ꝙd tempoze audisti: quodam tempoze vidisti. Audiuit in promissionibus: videt in exhibitiōibus. Audiuit in prophetia: videt in euangelio. Omnia enim quę modo complētur: antea prophetata sūt. Erige ocu- Ar. †sic. Ar. †non habet.

los ergo⁊ diffunde per mundum: vide iam hęreditatem vsq; ad terminos orbis terrę. Vide iam impleri
Ps̃. 71. quod dictum est: Adorabunt eum omnes reges terrę: omnes gentes seruient illi. Vide impletũ esse qđ
Ps̃. 107. dictum est: Exaltare sup cęlos deus: ⁊ super omnes
Matth. 27. terram gloria tua. Vide illum cuius pedes ⁊ manus fixi sunt clauis: cuius ossa in ligno pendentia numerata sunt: super cuius vestimenta sors missa est. Vi-
Ibidem. Act. j. de regnantem: quem illi viderunt pendentem: Vide in cęlo sedentẽ: quem cõtemplerunt in terra amPs̃. 21. bulãtem. Vide inde impleri: Cõmemorabunt⁊ cõuertentur ad dominum vniuersi fines terrę: ⁊ adorabunt in conspectu eius vniuersę patrię gentiũ. Hęc videns: exclama cũ gaudio: Sicut audiuimus ita ⁊ vidimus. Merito sic vocat ipsa ecclesia de gentib⁹:
Ps̃. 44. Audi filia⁊ vide: ⁊ obliuiscere populum tuum⁊ domum patris tui. Pater tuus aquilo fuit: veni ad mõtem sion: Audi⁊ vide: non vide⁊ audi: sed audi⁊ vide: prius audi: postea vide. Audis primo quod non
Ps̃. 17. vides: videbis postea quod non audisti. Populus eñ inquit quẽ non cognoui seruiuit mihi: in obauditu auris obaudiuit mihi. Si non in obauditu auris obaudiuit: ergo non vidit:
Esa. 55. Et vbi est quibus nõ est nunciatum de eo: videbũt: ⁊ qui non audierũt intelligent: Ad quos non missi sunt prophetę: ipi primo audierũt⁊ intellexerũt prophetas: Remanserũt illi ad quos missi sunt: codices ferentes: veritatẽ nõ intelligentes: testamenti tabulas habentes: ⁊ hęreditatem non tenentes. Sicut audiuimus ita ⁊ vidim⁹.
¶ In ciuitate domini virtutum: in ciuitate dei nostri. Ibi audiuimus: ibi ⁊ vidimus. Extra illam q̃ est: nec audit nec videt: In illa q̃ est: nec surd⁹ est nec cęcus est. Sicut audiuimus: ita et vidimus. Et vbi audis: Ubi vides: In ciuitate dñi virtutũ: in ciuitate dei nostri. ¶ Deus fundauit eam in eternum. Non insultent hęretici per partes concili: non se extollant qui dicunt: Ecce hic est christus:
Matth. 24. ecce illic. Qui dicit: ecce hic est: ecce illic: ad partes iducit. Unitatem promisit deus: reges in vnum colecti sũt: nõ per schismata dissipati. Sed forte ista ciuitas quę mũdum tenuit aliquando euertetur: Absit. Deus fundauit eam in eternum. Si ergo eã deus fundauit in eternum: quid times ne cadat firmamentum: ¶ Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio† templi tui. Qui suscepe-
Al. †populi. runt: ⁊ vbi susceperunt: Nonne ipse populus tuus suscepit misericordiam tuam: Si populus tuus suscepit misericordiam tuam: quomodo suscepimus misericordiã tuam: ⁊ in medio populi tui: quasi alij sint qui susceperunt: alij in quorum medio suscepe-
runt: Magnũ sacramẽtũ: sed tamẽ notũ: et cũ hinc: hoc ẽ ex his versib⁹ ⁊ obscuritatib⁹ fuerit exculptũ: fuerit ⁊ erutũ: qđ nostis: nõ erit rudi⁹ ꝫ dulci⁹. Nũc quippe populi dei censent omnes qui portant sacramenta eius: sed nõ oñes ptinẽt ad misericordiã ei⁹. Oñes quippe sacramentũ baptismi christi accipiẽtes: christiani vocant: sed non oñes digne illo sacramento viuũt. Sunt eñ q̃dam de q̃bus dicit aplus:
2. Timoth. 3. Habentes formã pietatis: virtutẽ aũt ei⁹ abnegantes: Tũ ꝑt ipam speciẽ pietatis ī pplo dei nominãt:
Matth. 3. quõ ad areã q̃diu triturat: ñ solũ grana ꝫ etiã palea ptinet: Nũq̃d⁊ ad horreũ ptiebit: Jn ẽ medio aũt pplũ malus est ppls bonus: q̃ suscipit misericordiam dei. Ui-

uit digne misericordia dei q̃ audit⁊ tenet⁊ facẽ qđ alt apo-
2. Cor. 6. stolus: Precipientes ergo rogam⁹: ne inuacuũ gratiam dei suscipiatis. Qui ergo nõ inuacuũ gratiã dei suscipit: ipe tam sacramentũ q̃ etiã misericordiã dei
Matth. 5. suscipit. Et q̃d illi obest: qz in medio pplũ inobedientis est: donec area ista ventilet: donec boni a malis separent: Quid ei obest in medio pplũ habitare: Sit ut illis q̃ appellant firmamentũ: suscipiẽs misericordiã dei: sit liliũ in medio spinarũ. Nam⁊ ipse spinę non
Cant. 2. ad pplum dei ptinent: vis audire: Ita posita est ipsa similitudo: Sicut liliũ inquit inter mediũ spinarus: ita proxima mea in medio filiarum. Nunquid dixit in medio alienarũ: Non: sed in medio filiarũ. Sunt ergo filię malę: ⁊ inter illas est liliũ in medio spinarũ. Itaq; illi q̃ sacramẽta habẽt: ⁊ mores bonos nõ habent: ⁊ dei dicunt⁊ nõ dei: ⁊ ei⁹ dicunt⁊ alieni. Eius
Joh. 5. ꝑter ipsi⁹ sacramentũ: alieni ꝑter formã pietatis: alienę: prout filię alienę: Filię: ꝑter formã pietatis: alienę: prout pter amissionem virtutis. Sit ibi liliũ: suscipiat misericordiam dei: teneat radicem boni florис: nõ sit ingratę sint gratum pluuię dulci⁊ cęlo venienti. Jngratę sint spinę: crescant⁊ imbrib⁹: ad ignem crescũt non ad horreũ. Suscepimus deus misericordiam tuam in
Joh. j. medio tẽpli tui. Jn medio pplũ tui nõ suscipiẽtis misericordiã tuã: nos suscepim⁹ misericordiã tuã: Jn sua eñ ꝑsona venit: ⁊ sui eũ nõ receperũt. Jn medio aũt eoꝝ quotq̃t receperunt eũ: dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Jam hic occurrit vnicuiq; cogitanti: Et q̃d: Jste ppls q̃ ī medio pplũ dei suscepit misericordiã dei: q̃ntũ numeꝝ habet: Oẽ pauci sunt: vix inueniũtur aliq̃. Illis ne ꝓtentus⁊ ⁹ erit: ⁊ pdet tantã multitudinẽ: Dicũt hoc q̃ sibi ꝑmittũt hoc: qđ a deo ꝓmittente non audierunt. Et vere si male viuamus: si mundi huius delitijs perfruamur: si nostris libidinibus seruiamus: perditur⁹ est nos deus: Quot eñ sunt illi qui videntur seruare precepta dei: Uix inuenitur vnus vel duo vel paucissimi: Ipsos solos liberaturus est: ⁊ ceteros damnaturus: Absit: inquit:
Matth. 25. Cum venerit⁊ videbit tantã multitudinem ad sinistram: miserebitur: ⁊ dabit indulgentiam. Hoc plane etiam serpens ille promisit primo homini: Nam
Gen. 3. minatus erat deus mortem: si gustaret. Ille aũt abti: inuenerunt verum esse quod minat⁹ est deus: falsum quod promiserat diabolus. Ita⁊ nunc fratres ponite vobis ecclesiã ante oculos adinstar sititudigessit. Sed casus ꝑmi hois ad experimentũ caueat nemq; padisi: nõ cessat serpẽs suggerere qđ tũc sugdebet nobis valere: nõ ad imitationẽ peccãdi. Jõ ille cecidit: vt nos surgam⁹. Rũdeam⁹ talib⁹ suggesti
Job. 2. onib⁹: qđ rñdit iob. Nam⁊ ipm ꝑ fẽminã tanq; per euam tẽptauit: ⁊ vicit in stercore: victul in paradiso.
Gen. 3. Ergo nõ audiam⁹ tales voces: ne putemus paucos eẽ istos: mlti sũt: ⁊ int plures latẽt. Mõ possum⁹ eñ negare plures eẽ malos: ⁊ tã plures vt int eos ꝑ
Matth. 5. bõi nõ appareãt: quõ nõ apparent grana ī area. Ma dsqs areã videt: ꝑt putare qđ palea sola sit. Da horuinẽ iexptũ: ⁊ putat inanit fieri qđ boues mittunt: qđ ibi hoies sb̃ estu desudãt vt ꝓdeat paleã: ꝫ ibi ẽ⁊ massa vẽtilatiõe purgãda: Tũc ꝓcedit copia frumẽti: q̃ latebat ī copia paleaꝝ. Et mõ vis inuenire: Vo
Matth. 7. n⁹ esto⁊ inuenies. Cõtra istã q̃ desperationẽ: vide qđ sequitur in isto psalmo: Qñ cũ dixisset: Suscepim⁹ de⁹

misericordiã tuã ī medio templi tui: significauit esse ꝓpīm dei: nō suscipientē misericordiã dei: in cui⁹ medio quidam suscipiãt misericordiã dei: ne occurreret homib⁹ tã paucos esse: vt ꝓpe nulli sint: quō cōsolatus est cōsequētibus verbis. ¶ Scōm nomē tuū deus ita et laus tua in fines terrę. Quid est hoc: Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis valde: in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Nō potest esse laus eius: nisi ī sanctis eius. Nã qui male viuūt: nō eū laudãt: sed qz etsi prędicãt lingua: blasphemãt vita. Quia ḡ ci: in nobis remãsit laus ei⁹: nō sibi dicãt hęreticī separati: Nos iuste viuim⁹: nos laudam⁹ deū: nō solū loquēdo: verūetiã cōuersando. Rūdet eis ex ꝑ psalmo: Quid vos dicitis in pte laudare deū: cui dictū est: Scōm nomē tuū ita: Id est quō not⁹ es ꝓ oēs terras: sic ⁊ laus tua ī fines terrę: terras. Nec desunt q̄ te nūc laudãt ꝓ oēs terras. Illi aūt laudãt q̄ bene viuūt. Scōm em̄ nomē tuū deus: ita ⁊ laus tua: non in pte sed in fines terrę. Justicia plena est dextera tua. Id est multi sūt: ⁊ illi: qui stabūt ad dexterã. Nō solū illi multi erūt qui stabūt ad sinistrã: sed et ibi erit plenitudo massę ad dexterã cōstitutę. Justicia plena est dextera tua. ¶ Lętetur mons sion ⁊ exultent filię iudę ꝓpter iudicia tua dñe. O mons sion: o filię iudę: laborastis sed exultate ꝓpter iudicia dei. Nō errat de⁹ in iudicãdo: discrete viuite: etsī cōcrete natę estis: Nō frustra vox exijt de ore ⁊ de corde vestro: ne cōperdas cum ipijs aīaz meã: ⁊ cū viris sanguinū vitã meã. Jlle ventilabit tantus artifex: in manu ventilabrū portabit: vt vnū granū tritici nō cadat in aceruū paleę cōburendū: nec vna arista paleę transeat ad massam in horreo recōdendã. Exultate filię iudę ꝓpter iudicia dei nō errantis: ⁊ nolite mō temere iudicare. Ad vos ptineat colligere: ad illū ptineat separe. Lętet mons sion: et exultent filię iudę ꝓpter iudicia tua dñe: Ne aūt putetis filias iudę iudęas esse. Juda ꝓfessiōis: filię iudę sūt: qz sal⁹ ex iudęis: nihil est aliud ꝙ christ⁹ ex iudęis. Hoc ait et aplūs: sto in carne est circūcisio: sed qui ī abscōdito iudęus est: ⁊ circūcisio cordis in spiritu: nō littera: cui⁹ laus nō ex homib⁹: sed ex deo est. Talis iudę⁹ esto: gl̄iare de circūcisione cordis: etsī nō habes circūcisionē carnis. Exultent filię iudę ꝓpter iudicia tua domine. Circūdate sion ⁊ cōplectimini eã. Dicat eis qui male viuūt: in quoꝝ medio est ꝓpīs ille ꝙ suscepit miscdiã dei: in medio vestrū est ꝓpīs bū viuens: Circūdate sion. Sed quō: Cōplectimini eã. Nolite scãdalis circūdare: sed charitate circūdate: vt ꝙ bū viuūt in medio vestrū: eos intuemini: ⁊ eoꝝ imitationē: christū cui⁹ mẽbra sunt in corpe cōplectimī. Circūdate sion ⁊ cōplectimini eã. Narrate in turribus eius. In altitudine munitionū eius: ꝑdicate laudes eius. Ponite corda vestra in virtute eius: Nō vt habeatis formã pietatis: virtutē eius abnegetis: sed ī virtute ei⁹ ponite corda vẽa. Quę est virt⁹ ciuitatis hui⁹: Qui vult intelligere virtutē huius ciuitatis: intelligat vim charitatis. Ipsa est virt⁹ quã nemo vincit. Huius ignem nulli fluctus sęculi: nulla flumina temptatiōis extinguūt. De hac dictū est: Valida ē sicut mors dilectio. Quō em̄ mors qñ venit: resisti ei non pōt quibuslibet artib⁹: ꝙbuslibet medicamētis occurras: violentiã mortis vitare non potes: qz mortalis natus es: sic cōtra violentiã charitatis: mūd⁹ nihil potest. Ecōtrario em̄ similitudo data ē de morte: Quō em̄ mors ad auferendū violētissima ē: sic charitas violētissima ē ad saluādū. Per charitatē em̄ multi mortui sūt sęculo: vt viuerēt deo. Hac charitate accēsi martyres: non simulati: nō vana gloria ventilati: nō tales de quibus dictū est: Si tradidero corp⁹ meū vt ardeã: charitatē aūt nō habeam: nihil mihi ꝓdest: sed tales quos vere christi ⁊ veritatis charitas ꝓduceret ad passionem. Quid eis fecerūt tēptatiōes sęuientiū: Maiorē violentiã habuerūt oculis flentiū suoꝝ: ꝙ ꝑsecutiōes insectātiū. Oī multos em̄ tenebant filij ne paterent: ꝙm multoꝝ genib⁹ ꝓuoluebant vxores: ne viduę relinquerent: ꝙm multos parētes filij ꝓhibebāt mori: sic nouim⁹ ⁊ legimus in passiõe beatę Perpetuę. Facta sunt ista: ⁊ lachrymę quātelibet et quātolibet impetu fluerēt: quō ardorē charitatis extinguerēt: Hęc ē virt⁹ sion: cui ⁊ alibi dicit: Fiat pax ī virtute tua: et abūdantia in turrib⁹ tuis. Annũciate ī turrib⁹ eius: ponite corda vestra in virtute eius. Et distribuite domos eius. Quid hic intelligem⁹: ponite corda vẽa ī virtute eius: ⁊ distribuite domos ei⁹: Id est distinguite domũ a domo: nolite cōfundere. Dom⁹ est em̄ forma habẽs: ⁊ pietatē nō habens. Est aūt domus: et formã et pietatem habens. Distribuite: nolite confundere. Tūc aūt distribuitis ⁊ nō cōfunditis: qñ corda vẽa in virtute ei⁹ ponitis: id est cū facti fueritis ꝓ charitatē spiritales: tūc temere nō iudicabitis: tunc videbitis nihil obesse bonis malos. Oī diu sumus in hac area: distribuite domos ei⁹. Potest ⁊ alius esse intellectus: Domos illas duas: vnã ex circūcisione: alterã ex ꝓputio venientē: aplūs dictum est vt distribuerent. Cū em̄ vocatus esset saulus ⁊ factus aplūs paulus: cōueniēs in vnitatē coapostoloꝝ suoꝝ: sic cū eis habuit placitū: vt illi irent in circūcisionē: iste in ꝓputiū. Jsta dispensatiõe aplūs sui distribuerūt domos ciuitatis magni regis: ⁊ cōcordātes in angulo: euangeliū dispensatiõe diuiserūt: charitate iūxerunt. Et reuera hoc magis intelligendū est. Nam sequit ⁊ ostēdit ꝙ hoc ꝓdicatoribus dictū sit: ⁊ distribuite domos ei⁹. Vt enarretis in ꝓgenie altera. Id est vt etiã ad nos post futuros illoꝝ euãgelij dispensatio pueniret. Non enim illis tm̄ laborauerunt: cum quib⁹ in hac terra vixerunt: nec dominus illis tanꝝ apostolis quibus se viuũ etiã post resurrectionē dignatus est ostēdere: sed ⁊ nobis. Nam illis loquebat: ⁊ nos significabat cum diceret: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsqꝝ ad cōsummationem sęculi. Nūquid illi hic futuri erant vsqꝝ in consummationem sęculi: Item dicit: Non ꝓ his rogo tm̄: sed et ꝓ his qui credituri sunt per verbū illoꝝ in me. Ergo attēdit nos: qz passus est ꝓpter nos. Merito itaqꝝ dicit: Vt enarretis in ꝓgenie altera. Quid enarretis: ¶ Quoniã hic est deus deus noster. Terra videbatur: terrę conditor non videbat: caro tenebat: sed deus in carne nō agnoscebat. Tenebat caro ab eis ex ꝙb⁹ sumpta fuerat ipa caro: Ex semīe abrae em̄: Ygo maria: Ad carnē trahẽ serūt: diuinitatē nō intellexerūt. O aplī: o ciuitas magna:

Cant.8.

1.Cor.13.

Ps.132.

Matth.28.

Joh.17.

in turrib⁹ tuis ꝑdica et dic: hic est ds ds noster.
1.Pet.2. Sic sic quō cōtemptus est: quō lapis ante pedes iacuit offendentiū: vt hūiliaret corda ꝓfitentiū: sic hic
Baruch.3. est ds noster. Certe visus est sicut dictū est: Post hec in trīs visus ē: ⁊ cū homīb⁹ cōuersat⁹ ē: Hic est ds noster. Et homo est: ⁊ quis est q̄ cognoscet eū: Nō hic est de⁹ noster. Sed forte ad temp⁹: quō dī falsi. Quia nō vocari possūt dī: esse autē nō possūt: ad tempus vel vocanē. Nam quid eis dicit ꝓpheta: vel q̄d monet vt eis dicaē: Hec eis dicetis. Quid
Hiere.10. dī qui cēlū ⁊ terrā nō fecerūt pereant de terra: ⁊ de
Ps.95. his quę sub cēlo sunt. Nō est iste talis de⁹: Quoniā ds noster sup omnes deos. Sup quos oēs dos:
Ibidem. Quoniā omnes dī gentiū demonia: dns aūt cēlos fecit. Ipse est ḡ ds noster: hic est de⁹ nr̄. Quousq;
In ęternū ⁊ in ſeculū ſeculi: ipſe reget nos in ſecula. Si de⁹ noster est: ⁊ rex nr̄ est: ꝓtegit nos q; ds est ne moriamur: regit nos q; rex est ne cadamus: Regēdo aūt nos nō frāgit nos: nā quos nō re-
Ps.2. git frangit. Reges eos in̄q̄t in virga ferrea: et tanq̄ vas figuli cōteres eos. Sed sūt quos nō regit: ipsis nō parcit: sed tanq̄ vas figuli cōteret eos. Ab illo ḡ optemus regi ⁊ liberari: q; hic est ds nr̄ in ęternū ⁊ in ſeculū ſeculi: ⁊ ipse reget nos in ſecula.

Explicit Tractat⁹ de pš. XLVII.
Incipit Tractat⁹ de pš. XLVIII.

Sermo de prima parte psalmi.

Matth.14. erat ipse dominus: quando se diuisit mare: vt Moyses cũ popl'o israel transiret: Idẽ dñs illa faciebat: Qui fecit ista per carnem suam: ipe illa faciebat per carnem seruorum suorum: Illud tamen per seruos suos non fecit: Nam ipse omnia faciebat vt aliquis ipsorum mortuus esset: et resurgeret in vitam eternam. Quia ergo possent dicere iudei cum miracula faceret dominus: fecit hoc et moyses: fecit hec et he-
3. Reg.17. lias: fecit hoc et helizeus: possent sibi ista dicere: qa
4. Reg.4. et illi mortuos resuscitauerunt: et multa miracula fecerunt: Propterea cum ab illo signum peteretur: p̃p̃ium signum cõmendans quod in se solo futurum erat: ait: Generatio ista praua et amaricans signũ q̃rit: et signum non dabitur ei: nisi signum Jone pro-
Matth.12. phete. Sicut eñ fuit ionas in ventre ceti tribus die-
Jone.2. bus et tribus noctib': sic erit et filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Quomodo fuit ionas in ventre ceti: Nonne vt postea viuus euomeretur: Hoc fuit infernus domino: quod ionę cetus. Hoc signum proprium cõmendauit: hoc est potentissimum. Potentius est reuixisse mortuum: q̃ non fuisse mortuum. Multitudo potentie domini scõm quod homo fact' est: in virtute resurrectiõis apparet. Hanc commendat et apostolus cum dicit:
Phil.3. Non habens eam iusticiam que ex lege est: sed eam que est per fidem christi: que est ex deo iustitia in fide ad cognoscendum eum et virtutem resurrectionis
2. Cor.13. eius. Sic commendat et alio loco: Et si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Cum ergo ista magna potentia domini in resurrectione intelligatur: vnde titulum psalm' iste accepit: qd sibi vult in multitudine potentie tue mentientur tibi inimici tui: nisi vt sic intelligas: ideo tibi mentientur inimici tui vt crucifigaris: ideo crucifigeris vt resurgas: Mendacium ergo illorum ad commẽdandam multam potentiam tuam valebit. Quare solent inimici mentiri: Ut potentiam cuiusq̃ minuant de quo mẽtiunt. Tibi inquit cõtrariũ accidit. Nam minus appareret potentia tua: si illi tibi non mentirentur. Attendite et ipsum mendacium falsorum testium in euã-
Matth.27. gelio: et videte quia de resurrectiõe est. Cũ eñ dño dictum esset quod signum ostendis nobis: quia ista facis: excepto eo quod dixerat de iona: per aliam similitudinem hoc ipsum item dixit vt noueritis hoc
Job.2. propium signum maxime commendatum: Solui te templum inquit hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Et illi dixerunt: Quadraginta et sex annis ędificatum est templum hoc: et tu in triduo excitabis il-
Ibidem. lud: Et euangelista: quid illud esset: exponens: Hoc autẽ inquit dicebat iesus de templo corporis sui. Ecce hanc potentiam suam hominibus se demonstraturum dicebat: Unde similitudinem de templo ve-
derat propter carnẽ suã que erat templũ latẽtis int' diuinitat'. Ñ iudei templũ foris videbãt numẽ int' habitãs nõ videbãt. Ex istis ẋbis dñi ꝓcinnauerũt falsi testes mendacium quod contra eum dicerent: ex his ipsis vbi cõmendauit resurrectionẽ suam fu-
turam loquens de templo. Dixerunt eñ falsi testes aduersus eum: cum quereretur ab eis quid illum au-
Matth.26. dissent dixisse blasphemũ: Audiuimus eñ eũ dicentem: Soluam templum hoc: et post triduum reedifi-
cabo illud. Post triduum resuscitabo audierant: soluam non audierant: sed audierant soluite. Unum verbũ mutauerũt et paucas litteras: vt falsum testimoniũ molirent. Sed cui mutas verbũ o hũana va-
nitas: o hũana infirmitas: Verbo incõmutabili ver-
Ps.26. bũ mutas: Mutas tu tuũ verbũ: nunqd mutas tui verbũ: Unde alio loco dr̃: Et mẽtita est iniq̃tas sibi. Quare ergo tibi mentiti sunt inimici tui o dñe: cui iubilat oĩs terra: In multitudine potẽtie tue mẽtien-
tur tibi ĩimici tui. Dicũt: soluã: cũ tu dixeris: soluite. Quare te dixerũt dixisse: soluam: et nõ dixerunt qõ-
pli defenderẽt sine cã. Christ' eñ qz voluit mori-
Hab.2. est: et tñ vos occidistis. Ecce cõcedim' vobis o mẽdaces: ipse soluit tẽplũ. Dictũ est eñ ab apl'o: Qui me dilexit: et tradidit semetipm p me. Dictũ est de pre:
Roma.8. Qui ꝓpio filio nõ pepcit: sed p nobis oĩb' tradidit illũ. Si ergo pater filiũ tradidit: et filius semetipsus
Matth.26. tradidit: Judas qd fecit: Pater tradẽdo filium ad mortẽ p nobis: bñ fecit: christ' tradẽdo seipm p nobis fecit bñ: tradẽdo iudas magistrũ p auaricia sua fec male. Nõ eñ qõ nobis p̃stitũ est de passiõe christi: malicię iudę deputabit. Habet ille mercedẽ mali
Job.3. cię: christ' laudẽ grę. Prozsus ipse soluerit tẽplũ: ip-
Job.19. se soluerit q̃ dixit: Ptãtem habeo ponẽdi aiam meã et ptãtem habeo iterũ sumẽdi eam: nemo tollet eã a me: s egoipe pono eã a me: et iterũ sumo eã. Ipse soluit tẽplũ gra sua: nõ malicia vra. In multitudie potẽtie tue mẽtient tibi ĩimici tui. Ecce mẽtunt: ecce credit eis: ecce opprimeris: ecce crucifigeris: ecce insultat tibi: ecce caput agitatur: Si filius dei es: descende de cruce. Ecce quando vis animã ponis: et lãcea latus percuteris: et sacramenta de latere tuo defluunt: deponeris de ligno: ĩuolueris lintheaminibus: deponeris in sepulchro: adduntur custodes ne tollant te discipuli tui: Uenit hora resurrectionis tue: terra concutitur: monumenta scinduntur: resurgis occultus: apparens manifest'. Ubi sũt ergo illi mendaces: Ubi est falsũ testimoniũ maliuolẽtie: Mõne in multitudine potẽtie tue mentiti sunt tibi inimici tui: Da et illos sepulchri custodes: referant quid viderint:
Matth.26.
Matth.28.

accipiant pecuniã ⁊ ipsi mentiant. Dicant etiam ipi moniti peruersi a puersis: dicant a iudeis corrupti: qui in christo noluerunt esse integri: dicant: Hec tur etiã ipsi. Quid dicturi sunt? Dicite: videamus: Ibidem. mentimini ⁊ vos in multitudine potentię dñi. Quid dicturi estis? Cum dormiremus nos: venerũt discipuli ei⁹ ⁊ abstulerũt eũ de monumẽto. O vere stulti- Bz. in homelia. cia dormiẽs: Aut vigilabas: ⁊ phibere debuisti: Aut 26. dormiebas: ⁊ quid sit gestum nescisti. Accesserunt ⁊ ipsi mendacio: inimicoꝝ: auctus est ⁊ numerus mentientiũ: vt augeret merces credentiũ: quia in multitudine potentię tuę mentient tibi inimici tui. Ergo mentiti sunt: in multitudine potẽtię tuę mentiti sunt. Apparuisti contra mendaces veracibus: ⁊ apparuisti eis veracibus quos tu veraces fecisti. Remaneant R Ps. 4. psalmũ di. iudei in mendacijs suis: quia tibi in multitudine po- cit. Ps. 150 habet. tentię tuę mentiti sunt: fiat quod sequit: ℣ Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: †psallat nomini tuo altissime. Pauloante humillime: modo altissime. Humillime inter manus mentientiũ inimicoꝝ: Altissime sup verticem laudantiũ angelorum. Omnis terra adoret te et psallat tibi: psallat nomini tuo altissime. ℣ Venite ⁊ videte opera †domini. O gentes: o vtinę nationes: relinquite iudeos mentiẽtes: venite cõfitentes. Venite ⁊ videte opera domini. Terribilis in consilijs sup filios hominũ. Filius hominis ⁊ ipse quidem dictus est: et vere filius hominis factus est. Vere filius dei in forPhil. 2. ma dei: vere filius hominis in forma serui. Sed noAt. †dei. te formam istam serui ex aliorum similiũ cõditione pensare. Terribilis est in consilijs super filios hominũ. Machinati sunt filij hominũ cõsilium ad crucifigendũ christum: crucifixus excęcauit crucifigentes. Quid ergo fecistis filij hominũ machinãdo acta cõsilia aduersus dominũ vestrum: in quo latebat maiestas et apparebat infirmitas? Vos machinati estis consilia pdendi: Ille excęcandi ⁊ saluandi. Excęcandi superbos: saluandi humiles. Ad hoc autem Roma. ij. superbos istos excęcandi: vt cęcati humiliarent: humiliati confiterent: confessi illuminarent. Terribilis in cõsilijs super filios hominũ. Vere terribilis: Ecce cęcitas ex parte in israel facta est. Ecce iudei ex quib⁹ natus est christus: fozis sunt. Ecce gentes quę cõtra iudeam erant: in christo intus sunt. Terribilis in cõ- L silijs super filios hominũ. Propterea quid fecit terroze consilij sui: Conuertit mare in aridam. Hoc em sequit: Qui cõuertit mare in aridam. Mare erat mũdus amarus salsitate: turbulẽtus tempestate: seuiens fluctibus psecutionũ: mare erat. Certe cem mũdus: quia salsa plenus erat. Quis hoc fecit? Ps. 142. Qui cõuertit mare in aridam. Jam anima gentium omniũ quid dicit? Anima mea velut terra sine aqua tibi. Qui cõuertit mare in aridam. In flumine pertransibunt pede. Illi ipsi qui conuersi sunt in aridam: cum essent antea amari: in flumine pede pertrãsibunt. Quid est flumen? Flumen est omnis mortalitas seculi. Vide flumen: alia veniũt ⁊ transeunt: alia transitura succedunt. Nõne sic fit in aqua fluminis: que de terra nascit et manat? Sic is qui natus est: cedat oportet nascituro: Et omnis iste ordo rerũ labẽtium: fluuius quidam est. In istum fluuiũ nõ se mittat: stet. Et quõ transiet

delectatiões rerum perituraru? Credat in christũ: ⁊ facile pertransibit pede: trãsibit illo duce: pede trãsibit Quid est pede transire? Facile transire: Et nõ querat equũ vt transeat: nõ erigat superbia ad trãseundum flumẽ: humilis transeat. ⁊ ocyus trãsit. In flumine pertransibunt pede. Ibi †iocundabimur in ipso. In bonis operibus iocũdare. O iudei de vestris operibus gloziamini: deponite superbiã gloziandi de vobis: sumite gratiam iocũdandi in christo. Ibi em iocũdabimur: ſz nõ in nob: ibi iocũdabimur in ipso. Quãdo iocũdabimur? Cum flumẽ transierimus pede: vita eterna promittit: resurrectio pmittitur: ibi caro nostra iam nõ erit flumẽ. Flumẽ enim modo est: quando mortalis est. Videte si stat aliqua etas: Pueri crescere volunt ⁊ nesciunt q̃ spaciũ vitę suę annis succedẽtibus minuit. Nõ em addunt anni: sed subtrahunt crescentibus: sicut aqua fluminis prsus accedit: sed a fonte recedit: Et volunt crescere pueri vt careant dominatu maiozũ. Ecce crescunt: agit cito: pueniũt ad iuuenturẽ. Qui excesserũt puericiam: si possint teneant iuuenturẽ. Transit et ipsa: senectus succedit: vel senectus eterna succedit: vel senect⁹ eterna sit: morte auferat: ergo fluuius est carnis nascẽt. In hũc fluuiũ mortalitat nemo se mortaliũ rerum cõcupiscentia subuertat ne rapiat: facile trãsit q̃ hũilit: id est pede trãsit: duce illo q̃ prior trãsit q̃ de torrẽte i via vsq; ad mortẽ bibit: pterea exalta Ps. 109 uit caput. Trãseuntes ꝑ pede fluuiũ istũ: id est facile transeũtes mortalitatẽ istã fluentẽ: ibi iocũdabimur i ipso. Nõ aũt i q̃ nisi vel i ipo: vt i spe ipsius? Et si em iocũdamur mõ: in spe iocũdamur: tũc aũt in ipo iocũdabimur: Et modo in ipso sed p spem: tunc autẽ j. Cor. 13. facie ad faciẽ: ibi iocũdabimur in ipo. In q̃: Qui M dominat in virtute sua in eternũ. Nam nos quã virtutẽ habemus? Nũquid eternã? Si eterna esset virtus nostra: nõ lapsi essemus: nõ cecidissem⁹ Heb. 3. in peccatũ: nõ meruissemus mortalitatẽ penalẽ. Ille voluntate suscepit: quia nos meritũ nostrum rejecit. Qui dominat in virtute sua in eternũ: Eius principes efficiamur: in cui⁹ virtute nos erimus fortes: ille aũt in sua. Nos illuminati: ille lumen illuminans. Nos auersi ab illo cõtenebramur: ille auerti a se non põt. Caloze ipsi⁹ accẽdimur: vnde recedentes friguera- m⁹: accedẽtes rursuz accẽdimur. Ergo dicam⁹ ei vt custodiat nos in virtute sua: qz in ipo iocũdabimur q̃ dñat in virtute sua in eternũ. Sed nõ ꝑ solis iudeis ꝓstitit credẽtibus: qz multũ se extulerũt iudei de virtute sua ꝓsumẽtes: postea cognouerũt in cui⁹ virtute fuerũt salubriter fortes: ⁊ quidã eoꝝ crediderũt: ꝙ nõ sufficit christo Multũ ẽ qõ dedit: magnũ pciũ dedit: nõ ꝑ solis iudeis debuit valere qõ dedit. Oculi ei⁹ sup gentes respiciũt. Ergo oculi ei⁹ sup gentes respiciũt: Et qd facim⁹? Murmurabũt iudei: dicturi sunt iudei: qõ nobis: ꝑ ⁊ illis: Nobis euãgeliũ: illis euãgeliũ: Nobis gratiã resurrectiõis: ⁊ illis gratiam resurrectiõis: Nihil nobis ꝓdest quod nos legem accepimus: ⁊ in iustificatiõibus legis viximus: ⁊ tenuim⁹ ꝓcepta patrũ: Nihil valebit ꝑ illis qõ nobis. Non litigẽt: nõ cõtendant. Qui †amaricant Ar. †exasperãt. nõ exaltent in semetipis. O caro misera ⁊ tabescens: nonne peccatrix es? Quid clamat lingua tua? Attendatur cõscientia. Omnes enim peccauerũt: et Roma. 2.

egent gloria tui. Agnosce te infirmitas humana: accepisti legē vt q̄ p̄uaricatrix legis esses. Nō enim tenuisti et implesti quod accepisti. Accessit tibi ex lege nō iustificatio quā lex iubet: sed p̄uaricatio quam
Roma.5. tu fecisti. Si ergo abundauit peccatū: quid inuides supabundanti gratię? Noli amaricare: quia q̄ amaricant non exaltent. Quasi maledixisse videtur: qui amaricant non exaltent: imo exaltent sed nō in seipsis. Humilient in seipsis: exaltent i christo. Qui em̄
Matth.23. se humiliat exaltabit: et qui se exaltat humiliabit.
O Qui amaricāt: nō exaltent i semetipsis. ¶ Benedicite gentes deum nostrū. Ecce repulsi sunt qui amaricant: reddita ē illis ratio: Aliqui cōuersi sunt: aliqui superbi remāserunt. Non vos terreant q̄ gra-
Ecc̄. 32. tiam euangelicā inuident gentibus: iam venit semē abrae in quo benedicunt omnes gentes. Benedicite eū in q̄ bñdicimini: bñdicite gentes deū nostrū. Et
Al. †audite tū facite. †audite vocē laudis eius. Me vosipos laudetis & ipm laudet. Quę ē vox laudis eius? Quia grā ipi⁹ sumus: quicq̄d boni sum⁹. ¶ Qui posuit ani-
Al. †ad. mā meam †in vitam. Ecce vox laudis eius: Qui posuit animā meam in vitam. Ergo in morte erat: In morte erat: q̄ in te erat. Inde ē q̄ nō debuistis exaltari i vobisipsis. Ecce i morte erat i te. Ubi erit
Joh.14. in vita nisi in illo qui dixit: Ego sum via: veritas: et
Epb.5. vita: Quomō quibusdā credentibus ait apostolus: Fuistis aliquādo tenebre: nūc autē lux in domino: Tenebre ergo i vobis: lux i domino: sic mores in vobis: vita in domino. Qui posuit animā meam in vitam. Ecce posuit animā nostrā in vitam: quia credimus in eum qui in vitā posuit animā nostram. Sed quid deinde opus est nisi vt p̄seuerem⁹ vsq̄ in finē? Et hoc quis dabit: nisi de quo cōsequēter dictum
Al. †cōmotōes. est: Et non dedit in †motum pedes meos? Ipse posuit animā meam in vitam: ipse regit et pedes ne nutent: ne moueant t deant in motū: t ipe nos
Matth.10. faciet viuere: ipse p̄seuerare vsq̄ in finem vt i eternū viuamus. Et non dedit in motū pedes meos. Quare hoc dixisti: t nō dedit in motū pedes meos? Quid enim passus es: aut quid pati potuisti vt mouerent pedes tui? Quid? Audi q̄ sequant. Quare dixi: nō dedit i motū pedes meos? Quia mīta passuri sum⁹ de quibus mouerent de via pedes nostri nisi ipse regeret eos t in motū nō daret. Quę sunt ista? Quo-
Al. †igne nos examinasti sicut examinat. P niam probasti nos deus: †igne nos sicut ignit argentum. Non ignisti sicut fenum: sed sicut argentū: Adhibendo nobis ignem: non in cinerē cōuertisti: sed sordes abluisti. Ignisti nos sicut ignitur argentū. Et vide quomō secuit deus in illos quorum animā posuit in vitam. ¶ Induxisti nos in
Al. †laqueū. †muscipulā. Non vt capti morereмur: sed vnde liberati experiremur. Posuisti tribulatiōes in dorso nostro. Erecti enim male: superbi eramus: male erecti curuati sum⁹: vt curuati bñ erigeremur. Posuisti tribulationes in dorso nostro. Imposuisti homies sup capita nostra. Hec omia passa est eccl'a varijs t diuersis p̄secutiōib⁹: passa est hoc t singillatim: t modo patit etiā. Nō enim quisq̄ est qui se in hac vita ab his temptationib⁹ possit dicere imunem. Ergo imponūt t homies super capita nostra: toleramus quos nolumus: patimur superiores aliquādo quos nouimus peiores. Peccata autem si desint bene superior est homo: Quāto autē plura assunt: tanto est inferior. Et bonū est vt considerem⁹ nos peccatores esse: t sic toleremus impositos sup capita nostra: vt t nos deo confiteamur: quia digna patimur. Quid enim indigne pateris quod facit qui iustus est? Posuisti tribulatiōes in dorso nostro: imposuisti homines sup capita nostra. Scuire videtur deus cum ista facit: ne metuas quoniā pater est: nūq̄ sic sęuit vt p̄dat. Quādo malevius si parcit: plus dum: et vstio tribulationis: et aqua corruptionis. Quādo sunt res angustę t aliquę infelicitates sūt in hoc mūdo: quasi ignis est: quādo sunt res p̄sperę et abūdantia sęculi circū fluit: quasi aqua est. Vide ne te ignis exurat: ne aqua corrumpat. Firmus esto ad uersus ignem: coqui te oportet: tanq̄ vas fictū mitteris in caminū: vt firmet q̄ formatū est: Vas q̄ q̄ in igne firmatū est: aquā nō timet: vas aūt si solidatum igne non fuerit: tanq̄ lutū aqua soluet. Noli festinare ad aquam: p ignē transi ad aquā: vt transeas t aquā. Propterea et in sacramētis t in carhezizando: adhibet p̄ius ignis. Mā vnde plerūq̄ immūdi spiritus clamant ardeo: si ille ignis non est? Post ignem autē exorcismi venit ad baptismū: vt ab igne ad aquā: ab aq̄ i refrigerium. Q̄ autē huius sęculi angustia timoris. Accedit p̄ima vice ignis: postea ablato timore metuendum est ne fęlicitas corrumpat mūdana. Cum autē te ignis crepare nō suffecerit: t in aquā nō merseris sed enataueris: p disciplinā transis ad requiē: t transiens per ignem t aquam educeris in refrigerium. Quarmu enim rerum signa sunt in sacramētis: ipsę res sunt in illa p̄fectione vitę eternę. Jam cum transierim⁹ ad illud refrigerium fratres charissimi: nullū ibi timebim⁹ inimicū: nullū temptatorē: nullū inuidū: nullū ignem: nulla aquā: perpetuū ibi refrigerium erit. Refrigerium ꝑter quietem dicit: Mam si dicas calorē: verū est: si dicas refrigerium verū est. Si enim refrigerium male accipias: quasi torpescimus ibi: nō autē torpescimus ibi: requiescimus: Nec quia calor dicit estuabimus ibi: sed feruemus spiritu. Attende ipsum calorem in alio psalmo: Nec est qui se abscōdat a caloze eius. Quid dicit t apostol⁹? Spiritu feruētes. Ergo trāsiuim⁹ p ignem t aquam. Et eduxisti nos in refrigerium. Attende quia non tantū de refrigerio: sed nec de ipso igne optabili tacuit. Introibo in domū tuā in holocaustis. Quid est holocaustū? Totū incensum: sed igne diuino. Holocaustū enim dicitur sacrificiū cum totū accendit. Alię sunt partes sacrificiorū: aliud holocaustū. Quādo totum ardet: t totum consumit igne diuino: holocaustū dicit: quādo pars: sacrificiū. Omne quidem holocaustum sacrificium: sed non omne sacrificiū holocaustum. Holocausta enim ꝑmittit: Corpus christi loquit: vnitas

Ps. 18. Roma. 12.

christi loquit: Introibo ī domū tuā in holocaustis. Totū eī meū ꝓsumit ignis tu⁹: nihil eī remaneat mihi: totum sit tibi. Hoc autem erit in resurrectione mortuoꝝ: quando ꝛ corruptibile hoc induerit incorruptionem: et mortale hoc induerit īmortalitatem: tunc fiet qđ scriptū est: Absorpta est mors in victoria. Victoria q̄si ignis diuin⁹ est: cū absorbet et mortē nostrā: holocaustū ē: Nō remanet mortale aliq̄d in carne: nō remanet culpabile aliq̄d ex mortali vita cōsumet: vt in ꝑterna vita cōsumat: vt a morte seruemur in vitā. Erūt ergo illa holocausta. Et quid erit i holocaustis: ¶ Reddā tibi vota mea quę distinxerūt labia mea. Quę ē distinctio in votis: Hęc est distinctio: vt te accuses: illum laudes. Te intelligas creaturā: illum creatorem. Tenebras: illū illuminatorē: cui dicas: Tu illuminabis lucernā meā dñe: de⁹ meus illumīa tenebras meas. Nā q̄n dixeris: O aīa: quia ex te tibi lucet: ne distingues: Si nō distīgues nō reddes vota distincta. Redde vota distincta: ꝓfitere te mutabilē: illū incōmutabilē: ꝓfitere te sine illo nihil eē: ipm aūt sine te ꝑfectm eē te indigere illo: illū aūt tui nō indigē. Clama ad illū: Dixi dño dꝰ me⁹ es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō idiges. Nā eo q̄ te i holocaustū assumit dꝰ: nō ille crescit: nec ille augeť: nō ille ditior: nō ille īstructior fit: tibi ē merēdis vota deo tuo: q̄ distinxerūt labia tua. Reddā tibi vota mea: q̄ distinxerūt labia mea. Et locutū est os meū: in tribulatione mea. Oꝝ dulcis est ipse tribulatio: ꝯnecessaria est tibi. Quid ibi locutū est os ipsi⁹ in tribulatiōe sua: ¶ holocausta medullata offeram tibi. Quid est medullata: Intus teneam charitatē tuā: nō erit in supficie: in medullis meis erit qđ diligo te. Nihil eī interi⁹ medullis nostris: Interioza ossa sūt carne: medullę interiozes sūt ipsis ossibus. Quisq̄s ergo in supficie colit deū: magis placere vult hominib⁹. Aliud aūt intus sentiēs: nō offert holocausta medullata: cui⁹ aūt medullā inspicit: ipm totū accipit. Holocausta medullata offeram tibi. Cū incenso ꝑ arietib⁹. Arietes sī duces ecclię. Totū corꝑ christi loquit: Ꝑ est qđ offert dño incensum. Quid est oꝝ cū incenso ꝛ arietib⁹: Warī me eī arietes ozant ꝓ gregibus. ¶ Offeram tibi boues cū hircis. Boues inuenim⁹ triturātes: et ipsi offerunt dño. Ꝓplus dꝛ annūciatoꝝ euangelij Ergo magni illi arietes: magni boues. Quid reliq̄ q̄ itinere lapsi sunt ꝛ sauciati: ꝓ pēnitentiā sanant: Mū quid ꝛ ipsi remanebūt: ꝛ ad holocausta nō ꝑtinebūt: Me ipsi timeāt addidit ꝛ hircos. Holocausta inquit nō ꝑfit accipi: adiuncti bob⁹ accipiunt. Talibus eī dicū est: Facite vobis amicos dꝛ mām̄ona iniq̄tatis: vt ꝛ ipsi recipiāt vos ī ꝑterna tabernacula. Ergo illi hirci nō erunt a sinistris: q̄ fecerūt sibi amicos dꝛ mām̄ona iniq̄tatis. Qui aūt hirci ad sinistrā: Quib⁹ dicet: Esuriui ꝛ nō dedistis mihi māducare: non qui peccata sua elemosynis redemerūt. ¶ Uenite: audite ꝛ narrabo omnes qui timetis deum: Ueniamus: audiamus quid narraturus est. Uenite audite ꝛ narrabo. Sed quid: Uenite audite ꝛ narrabo omnes qui timetis deum. Si deum nō timetis: non narrabo. Non est quibus narreť: vbi dei timor nō est. Dei timor aperiat aures: vt sit quod intret: et qua intret: qđ narraturus sum. Sed quid est narraturus: Quanta fecit animę meę. Ecce narrare vult. Sed quid est narraturus: An fōrte quantū pateat terra: quātum distendať cęlum: ꝛ quot sint syderа: ꝛ quę sint vices solis et lunę: Ista creatura pagit ordinē suum: qui multū eam curiose quęsierūt: eius creatorem ignorauerunt. Illud audite: illud accipite: o qui timetis deum: quanta fecit animę meę: Si vultis ꝛ vestrę est. Quanta fecit animę meę: ¶ Ad ipsum ore meo clamaui. Et hoc ipsum factum dicit animę suę: vt ad ipsum ore suo clamaret: factū esse dicit animę suę. Ecce fratres gentes eramus: et sī nō in nobis: in parētib⁹ nostris. Et quid dicit apostolus: Scitis quando gentes eratis: ad simulacra sine voce quodāmodo ascendebatis inducti. Dicat nunc ecclesia quanta fecit animę meę: ad ipsum ore meo clamaui. Olim ad lapidem clamabā: ad lignuz surdū clamabā: simulacris surdis: mutis loq̄bar: iā imago dei cōuersa est ad creatorem suum. Qui dicebam ligno: pater meus es tu: et lapidi: tu me genuisti: modo dico: Pater noster qui es in cęlis. Ad ipm ore meo clamaui. Ore meo iam nō ore alieno. Quādo clamabā ad lapidem in vana cōuersatione paternę traditionis: ore alieno clamabā: quando clamaui ad dominū: qđ ipse donauit: qđ ipse inspirauit: ad ipm ore meo clamaui. Et ꝑexaltaui sub lingua mea. Quid est clamaui ore meo: ꝛ exaltaui sub lingua mea: Ipsum publice ꝓdicaui: ipsum in secreto cōfessus sum. Parum est deū exaltare lingua: sed et sub lingua: vt qđ certus loquerť: hoc tacit⁹ cogites. Ad ipsum ore meo clamaui: et exaltaui sub lingua mea. Uide q̄ vult ī secreto esse integer qui in secreto offert holocausta medullata. Hoc agite frēs: ꝑ imitamini: vt dicatis: Uenite: audite quāta fecit aīę meę. Omnia eī quę enarrat: ipsius gratia fiūt in anima nā. Uidete et alia q̄ dicat: ¶ Iniquitatē si aspexi in corde meo: non exaudiet dom⁹. Cōsiderate modo fratres: q̄ facile: q̄ quotidie homīes erubescētes in homib⁹ iniq̄tates accusant: Male fecit: perdite fecit: sceleratus homo est: hoc fōrte ꝓpter homines dicit. Uide sī nō in corde tuo conspicis iniquitatē: ne fōrte qđ reprehendis in altero cogites facere: ꝛ ideo ī illū clames: nō quia fecit: sed quia inuētus est. Redi ad te: intus esto tibi iudex. Ecce iu cubiculo tuo abscōdito: in ipsa vena intima cordis tui vbi tu sol⁹ es ꝛ ille qui videt: illuc tibi displiceat iniquitas: vt placeas deo. Noli illā respicere: id est noli illam diligere: sed potius dspice: id est contemne ꝛ auertere ab ea. Quicquid lętum ꝓmiserit vt illiciat ad peccandū: quicquid triste minatum fuerit: vt impellat ad malefaciendū: totū nihil est: totum trāsit: dspici dignū est vt calcetur: nō cōspici vt acceptеť. Suggerit eī aliquādo per cogitatiōes vel ꝑ verba colloquētiū malorū. Corrumpūt eī mores bonos colloq̄a mala: tu noli ea respicere. Sed parū est ī vultu: parū est ī lingua: in corde noli respicere: id est noli diligere: noli acceptare. Nā respectū ꝓ dilectiōe poni quotidianū ē: ꝑmo q: de deo dicim⁹: respexit me. Quid est: respexit me: Ante eī te non videbat: Aut

Ps. 17. Ioan. 15. 1. Cor. 15. Ibidem. 1. Cor. 12. Hiere. 2. Matth. 6. 1. Pet. 1. Al. exultaui. 1. Cor. 15. Luc. 16. Matth. 25.

rursum attendebat: et pcibus tuis cõmonitus est: vt in te oculos mitteret: Videbat te ⁊ añ: ⁊ respexit me dicis: dilexit me. Et homini q̃ te videt: ⁊ rogas eũ vt misereat tui: respice me. Videt te: ⁊ dicẽ: respice me. Quid est: respice me: Dilige: attẽde: miserere mei. Ergo nõ ideo dixit iniquitatẽ si aspexi in corde meo: qz oĩno nulla iniq̃tas suggerit cordi humano: Ibi suggerit: nõ cessat suggestio: ⁊ nõ fiat respectio. Si eñ conspicis iniquitatẽ: retro aspicis: ⁊ incurris
Luce. 9. sententiã dñi dicẽtis in euãgelio: Nemo ponẽs manũ sup aratrũ ⁊ respiciẽs retro: aptus est regno dei.
Philĩ. 3. Quid g̃ debeo facere: Qd̃ ait ap̃lus: Quę retro oblitus: in ea q̃ ante sunt extent⁹. Retro eñ nostra oĩa q̃ trãsierũt: miq̃ sunt. Nemo ex bono venit ad chr̃istũ:
Roma. 2. oẽs pctores fuerũt: oẽs peccauerũt: ⁊ credẽdo iustificant. Perfecta iustícia nõ erit: nisi in illa vita: tũ ad pfectũ et mores boni ab ipso inspirant: ab ipso donant. Noli g̃ tua merita cõputare: noli. Et si suggerit iniq̃tas: noli cõsentire. Quid eñ ait: Iniq̃tatẽ si
℣ cõspexi in corde meo: nõ exaudiet dñs. ¶ Propter
Al̃. †nõ habet. ea exaudiuit †me deus: Quia iniquitatẽ nõ conAl̃. †attendit. spexi in corde meo. Et †intendit voci †oratio-†depcatiõis. nis meę. Benedict⁹ deus me⁹: qui nõ amouit depcationẽ meã ⁊ misericordiã suã a me. Tenet sensũ ab eo loco vbi ait: Venite audite et narrabo vobis oẽs qui timetis deũ: quãta fecit aĩmę meę: et dixit quę audistis et ad finẽ ita cõclusit. ¶ Benedict⁹ deus
Al̃. †nõ habet. †meus q̃ nõ amouit †depcationẽ meã ⁊ miAl̃. †oratione. sericordiã suã a me. Sic eñ puenit ad resurrectionẽ iste q̃ loquit vbi iam ⁊ nos spe sum⁹: ĩmo et nos sum⁹: Etenĩ nostra vox ista ẽ. Oz̃ diu g̃ hic sum⁹ hoc rogemus deũ: vt nõ a nobis amoueat depcationem nostrã: ⁊ misericordiã suã: id est vt pseueranter ozem⁹: ⁊ pseueranter misereat. Multi eñ languescũt in ozando: ⁊ ĩ nouitate suę cõuersiõis feruẽter ozant: postea lãguide: postea frigide: postea negligẽter: Quasi securi sunt. Vigilat hostis: dormis tu. Ipse dñs pcepit in euãgelio: Quia oportet semp ozare ⁊ nõ defice-
Luc. 18. re. Et dat similitudinẽ de illo iniquo iudice q̃ nec deũ timebat: nec hoiem reuerebat: quẽ interpellabat illa vidua quotidie vt audiret eam: ⁊ cessit tędio: qui nõ flectebat misericordia: ⁊ ait sibi iudex nequã: Si nec deũ timeo: nec homies reuereor: vel ꝓpter tędiũ qd̃ mihi quodie facit hęc vidua: audiã causam eius ⁊ vindicabo eã. Et ait dñs: Si iudex nequã hoc fecit: pa-
Ibidem. ster nõ vindicabit electos suos qui ad eũ clamant die ac nocte: Ita dico vobis: faciet iudiciũ eoꝝ cito. Ergo nõ deficiam⁹ in ozone. Ille qd̃ cõcessurus est: si differt: nõ aufert. Securi de pollicitatiõe ipsi⁹ nõ deficiam⁹ ĩ ozãdo: ⁊ ꝑ ex bñficio ipsi⁹ est. Propterea dixit: Bñdict⁹ deus me⁹: qui non amouit depcationẽ meã: ⁊ misericordiã suam a me. Cum videris nõ a te amotã depcationẽ tuam: secur⁹ esto quia non est a te amota misericodia eius.

Explicit Tractat⁹ de pš. LXV.

Incipit Tractat⁹ de pš. LXVI.

¶ Prefatio.

Eminit charitas vestra in duobus psalmis qui iam tractati sunt exhortatos nos fuisse
Pš. 102. animã nostrã vt benediceret dominũ: ⁊ pio cantu dixisse: Benedic anima mea dominũ. Si ergo hortati sumus in illis psalmis animã nostrã vt benediceret dominũ: in hoc psalmo recte dicit:

Expositio psalmi.

Deus misereatur nostri: ⁊ benedicat †nos. Benedicat aĩa nostra dominũ: ⁊ oẽs Al̃. †benedibenedicat nos. Cũ benedicit nos deus: nos crescimus: ⁊ cum nos bñdicimus dominũ: crescim⁹. vtrũq; nobis ꝓdest. Mõ augeť ille benedictiõe nr̃a: nec minuit maledictiõe nostra. Qui maledicit dño: ipse minuit: qui benedicit dominũ ipe augeť. Prior est ĩ nobis bñdictio dñi: ⁊ psequẽs ẽ: vt ⁊ nos bñdicam⁹ dñm. Illa pluuia: iste fruct⁹ ẽ. Ergo reddit tanq̃ fruct⁹ agricolę suo: cõpluẽti nos ⁊ colẽti: Cantem⁹ ista deuotiõe: nõ sterili: nõ inani voce: ⁊ vero corde. Apertissime eñ de pr̃ dict⁹ ẽ agricola: Ap̃lus dicit: Dei agricultura estis: dei ędificatio estis. In reb⁹ h⁹ j. Cor. 3. mũdi visibilibus: vitis nõ est ędificiũ: ⁊ ędificiũ non est vinea: nos aũt vinea domini sumus: qz colit nos ad fructũ: Ędificiũ dei sum⁹: qz colit nos et habitat Ibidem. in nobis. Et quid ait idẽ ap̃lus: Ego plantaui: apollo rigauit: sed deus incrementũ dedit. Ergo neq; qui plantat est aliq̃d: neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat de⁹. Ille ergo incrementũ dat: nũ quid forte isti sunt agricolę: Ei agricola eñ dicit qui plantat et qui rigat. Dixit aũt ap̃lus: Ego plãtaui: apollo rigauit. Querimus vnde ipse iam fecerit: Respõdit ap̃lus: Mõ ego autẽ sed gratia dei mecũ. Ergo quocũq; te j. Cor. 15. verteris: siue p angelos: deũ inuenies agricolã tuũ: siue p ap̃los: eũdẽ siue p ꝓpbas: ipe est agricola tu⁹: siue p ap̃los: eũdẽ ipsum agnosce agricolã tuũ. Quid g̃ nos: Forte ne isti oparij sumus agricolę illi⁹: ⁊ hoc ꝑm ab ipso impetis viribus: ⁊ ab ipso donata gratia. Ipse g̃ ⁊ colit ⁊ incrementũ dat: Agricola aũt homo vineã colit bactenus: vt aret: putet: adhibeat cętera quę ptinẽt ad agricolarũ diligentiã: pluere vineę suę non pot. Qd̃ si forte irrigare põt: de cui⁹ potest: Ipse ducit quidẽ ꝑm riuũ: sed deus implet fontem. Postremo in vinea sua incremẽtũ dare sarmẽtis nõ potest: fozmare fructus nõ potest: modificare semina nõ potest: tẽpora gignendi tempare nõ potest. Deus aũt qui omnia potest agricola noster est: securi sim⁹. Forte ait aliqs: Tu dicis agricolã nostrũ esse deum: Immo ego apostolos agricolas dico eẽ q̃ dixerũt: Ego plantaui: apollo rigauit. Si ego dico: nemo credat: si chr̃istus dicit: vę qui nõ credit. Quid ergo domin⁹ chr̃i- Job. 35. agricola. Sitiat g̃ terra ⁊ edat voces sitis suę: quoniã scriptũ est: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Pš. 142. Dicat ergo terra nostra: nosipsi: pluuiam dei desiderans: Deus misereat nostri ⁊ benedicat nos. Illuminet vultũ suum sup nos. Quęsturus eras forsasse quid est bñdicat nos. Multis modis se volunt homines benedici a deo. Alius benedici se vult vt habeat plenã domũ necessarijs rebus huic vitę: Alius benedici se cupit vt obtineat salutem corporis sine labe. Alius benedici se vult si forte ęgrotat vt reparet sanitatem. Alius desiderãs filios: ⁊ forte contristatus q̃ non nascantur: benedici se vult vt habeat posteritatẽ. Et quis enumeret diuersa vota hominũ se a domino deo bñdici cupientiũ: Quis autẽ nostrũ dicturus est non esse illã dei bñdictionẽ: si vel agricultura ei fructũ ferat: vel dom⁹ cuiusq; abũdet copia rerũ tẽporaliũ: vel ipa corpis sal⁹: aut vt teneat: aut ne amittat: aut amissa repet: Fęcũditas etiã fęminaꝝ: ⁊ casta vota filios desiderantiũ: ad quẽ pri-

nent nisi ad dñm deum: Qui em̃ creauit ota qñ non erant: ipse prolis successu facit pmanere qđ cõdidit. Facit hec deus: donat hec deus. Parũ est nobis dicere: facit hec deus: donat hec deus: sed solus hec facit: fol⁹ donat. Quid em̃: Facit hec de⁹: si facit hec aliquis nõ deus: Facit hec de⁹: & solus facit: Et sine causa ista petunt: vel ab hominib⁹ vel a demonib⁹: & quecũq; bona accipiũt inimici dei: ab illo accipiũt: & cũ ab alijs petũt & accipiũt: ab illo accipiũt nescientes. Quomõ cũ puniunt & putant se ab alijs puniri: nescientes ab illo puniunt: Sic & cum vegetant: implent: saluant: liberant. Et si hoc nesciẽtes: vl̃ homines vel demonib⁹ vel angelis tribuũt: nõ habent nisi ab illo penes quẽ potestas est oĩum. Ad hoc dixerim⁹ hec fratres vt quisq; etiã ista terrena forte: vel ꝓpter supplementa necessitatis: vel ꝓpter aliquã infirmitatẽ desiderat: nõ nisi ab illo desideret: qui est fons omniũ bonor & creator & recreator vniuersor. Sed alia sunt dona que dat deus & inimicis suis: alia q̃ nõ seruat nisi amicis suis. Que sunt dona que dat deus inimicis suis: Ea que numeraui. Non em̃ soli boni plenas habent domos rebus necessarijs: aut soli boni aut soli boni filios habent: soli boni pecuniã: soli boni: vel salui facti sunt: vel ab egritudine cõualescunt: ni cetera apta huic vite tẽporali atq; trãseunti: Habent hec & mali: & aliqñ desunt bonis: sed desunt & malis: & plerũq; illis magis q̃ illis: aliqñ illis q̃ istis potius abundant. Permixta ista tempozalia deus esse voluit: quia si bonis solis ea daret: putarent et mali ꝓpter hec colendum deum. Rursus si ea solis malis daret: timerent boni infirmi conuerti: ne ista illis forte desscnt. Est enim adhuc anima infirma minus capax regni dei: nutrire illam debet deus agricola noster. Hã et quecq; arbor ifã tempestates roboze sustinet: cũ de terra nascerek herba erat. Nouit ergo ille agricola: nõ solũ robustas arbozes putare atq; purgare: sed etiã teneras in recẽti ozto sepire. Propterea dilectissimi: vt dicere ceperã: si solis bonis darentur ista: omnes ꝓpter hec accipienda vellent cõuerti ad deum. Rursus si solis malis darenk: timerent infirmi ne cũ cõuerterenk: amitterẽt qđ soli mali habebant: Permixte data sunt & bonis & malis. Rursus si solis bonis auferrenk: idẽ ille timor eẽt infirmor nec conuerterenk ad deũ. Rursus si solis malis auferrẽtur: ipsa sola pena putaretur qua mali plectunk. Ozdinat ergo ea bonis: consolak itinerantes: qđ dat ea et malis: admonet bonos vt alia desiderent que nõ habent cum malis cõmunia. Rursus bonis aufert ea quãdo vult: vt interrogent se de suis viribus: & inueniant se qui forte latebant se: vtrum iam possint dicere: Domin⁹ dedit dñs abstulit: sicut domino placuit: ita factũ est: sit nomẽ dñi benedictũ. Benedixit em̃ & illa anima dominũ: et reddidit fructus cõpluta signa benedictionis: Domin⁹ dedit dñs abstulit. Subtraxit data: sed non subtraxit datorẽ anima bñdicta. Omnis simplex nõ hẽrens terrenis rebus: nec visco implicatis pẽnis iacens: sed exerto nitoze virtutũ ingeminis alis gemineq; dilectionis exultat in auras liberas: & videt sibi subtractũ esse qđ calcabat: nõ ibi incubebat: & dicit secura: Domin⁹ dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est: sit nomẽ dñi benedictũ. Dedit & abstulit: manet qui dedit: et abstulit qđ dedit: sit ergo nomen eius bñdictũ. Ad hoc ergo ista auferunt bonis. Sed ne quis forte infirm⁹ diceret: qñ g̃ esse possem tante virtutis sicut sanct⁹ Job. Robur miraris arboris q̃ mõ nata est: Hec magna quã modo miraris: sub cui⁹ ramis & vmbra refrigeraris: virga fuit. Sed times ne tibi auferank hec: tu cũ talis fueris: attende: qz auferunt & malis. Quid te ergo differs a cõuersione: Qđ bonus times amittere: forte amissurus malus es. Si bonus ea ꝓdideris: adest consolator qui abstulit. Arca exinanita est auro: cor plenũ est fide. Foris pauper es: sed intus diues es. Diuitias tecũ portas quas nõ amitteres etiam si de naufragio nudus exires. Qđ ergo forte ꝓditurus es malus: cur nõ bonũ te intuenit damnũ: qñ quidẽ videns & malos pati damnũ: Sed maiore illi dãno feriunt. Inanis est dom⁹: inanior cõsciẽtia ẽ. Quisq; malus ista ꝓdiderit: nõ habet foris qđ teneat: nõ habet int⁹ vbi recedat. Fugit hec vbi damnũ passus est: vbi se ab oculis hoĩm de diuitijs ostentatiõe iactabat. Jam se in oculis hoĩm iactare non põt: ad se intro nõ redit: qz nihil habet. Nõ est imitat⁹ formicã: nõ sibi collegit grana cum estas esset. Quid dixit cum estas esset: Cũ esset vite trãquillitas: cum esset seculi hui⁹ erga illũ ꝓsperitas: qñ ei vacabat: qñ felix vocabak ab omib⁹: estas ipsi⁹ erat: Imitaret formicã: si audiret vba dei: colligeret grana: & int⁹ recõderet. Venerat temptatio tribulationis: supuenerat hyems tozporis: tẽpestas timozis: frig⁹ tristicie: siue dãnũ esset: siue salutis periculũ: siue aliq̃ ozbitas suoz siue aliqua exhonozatio siue hũiliatio: hyems erat. Redit formica ad id qđ estate collegit: & int⁹ in secreto suo vbi nemo videt: estiuis labozib⁹ recreak. Qñ sibi ista colligebat estate videbãt oẽs: cũ his pascik i hyeme: nullus videt. Quid est hoc: Vide formicam dei: surgit quotidie: currit ad ecclesiã dei: orat: audit lectionẽ: hymnũ cãtat: ruminat: qđ audiuit: apud se cogitat: recõdit intus grana electa de area. Hec ipsa que mõ dicunk qui prudẽter audiũt: hoc agũt: et ab omib⁹ videnk ꝓcedere ad ecclesiã: redire de ecclesia: audire sermonẽ: audire lectionẽ: inuenire libũ: apire & legere: Oia ista videnk cũ fiũt. Formica illa est cõterens iter: portans & recõdens in ꝓspectu cernẽtiũ. Venit hyems aliqñ: cui em̃ non venit: Accidit damnũ: accidit ozbitas: Ceteri miserank forte vt miserũ q̃ nõ nozũt quid intus habeat formica qđ comedat: et dicunt: Miser ille cui hoc accidit. Aut ille cui hoc accidit: Quid illi credis animi esse: Quomõ confectus est: Metitur ex se: comparak ex viribus suis: et ideo fallik: quia mensurã qua se metitur: vult afferre ad eũ quem nõ nouit: Vides illum passum damnũ: aut hũiliatũ: aut ozbitate pcussũ: Quid credis: Iste aliqđ mali fecit: vt h̃ illi ꝓtingeret: Tale cor habeãt: aut talẽ animũ inimici mei. Ignoras o bõ: vere tu tibi inimic⁹ es: q̃ estatẽ tibi nõ colligis qđ iste colligit. Nõ int⁹ formica comedit laborem estatis: sed eã colligentẽ videre poteras: mãducantẽ videre nõ potes. Ista frẽs quãtũ dñs dedit: quãtum suggerere et imbuere dignat⁹ ẽ infirmitatẽ & hũilitatẽ nr̃az: quãtum capimus ꝓ modulo nostro: diximus quare deus omnia ista permixta: et bonis & malis: & quare auferat et bonis & malis. Dedit tibi: non extollaris: abstulit tibi non frangaris. Times ne auferat: bonor põt auferre et malo. Melius g̃ bon⁹ qđ dei est amittis: sed deũ tenes: Sic g̃ & ille malus: ipsũ hortamur.

Prouerb. 6. et. 30.

Job. 1.

Passurus es damnū: quis non passur⁹ est o: bitakē: Aliquis casus irruet: aliqua calamitas ꝛc trāsuerso: vndecūq; plen⁹ est mūdus: exempla nō cessant. Loquor tibi ī estate: grana ḡ colligas nō ꝛsunt. Attēde ad formicā o piger: collige estate cum potes: hyems colligere te nō sinet: & māducare sinet qō collegeris. Oz mlti em tribulationē ita patiunt: vt nō eis vacet neclegere aliquid: nec audire aliq̄d: nec forte admittunt ad eos qui eos cōsolent. Remāsit formica ī cauerna: videat si collegit estate aliquid quo se auocet hyeme. Sed mō q; bñdicet nos de⁹: quare bñdicet nos: Quā benedictionē petit hec vox: Ut bñdicat nos deus benedictione quā seruat amicis suis: quā solis bonis dat: Nō ꝓ magno appetas qō ꝛ mali ac-
Matth.5. cipiūt: Quia bonus ꝛus facit ūla: qui solem suū facit oriri sup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. Quid ḡ ꝓcipue bonis: Quid ꝓcipue iustis: Illuminet vultū suū sup nos. Solis hui⁹ vultū illuminat sup bonos ꝛ malos: vultū tuū illumina sup nos. Vident istā lucē cū pecoribus ꝛ boni ꝛ mali: Beati em mūdo corde: qm ipsi ꝛū videbūt. Illumiet vultū suū sup nos. Geminus intellect⁹ est: vterq; dicendus est. Illumia inq̄t vultū tuū sup nos: ostende nobis vultū tuum. Non em aliq̄n illumiat vultū suum ꝛus: quasi aliq̄n fuerit sine lumine: sed illumiat sup nos: vt qō nos latebat: apiat nobis: et qō erat & nobis abscōditū erat: reueleť sup nos: hoc ē illumineť. Aut certe imaginē tuā illumina sup nos: vt hoc dixerit: illumina vultū tuū sup nos: impssisti nobis vultū
Gen.1. tuū: fecisti nos ad imaginē ꝛ simlitudinē tuam: fecisti nos nummū tuū: sed nō ꝛbet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium sapiētię tuę: expellat tenebras nostras: ꝛ fulgeat in nobis imago tua. Cognoscam⁹ nos imaginē tuā: audiam⁹ qō dictū est in Cā-
Cant.1. ticiscanticoꝝ: Misi cognoueris temetipsā o pulcherrima inť mlieres. Dicit em ecclesię: nisi cognoueris temetipsam. Quid est hoc: Misi cognoueris ad imaginē ꝛi te factā: O anima ecclesię p̄cioso redempta sanguīe agni ītaculati: attende quāti valeas: qd ꝓ te datū sit cogita. Dicam⁹ ḡ ꝛ optem⁹: illumiet vultū suū sup nos. Gestam⁹ vultū eius: quō dicunt vultus impatoꝝ. Vere quidē sacer vultus ꝛi est ī imagine ipsi⁹: sed iniqui nō cognoscūt in se imaginē dei. Ut illumineť vultus ꝛi sup illos: quid debent dice-
Ps.17. re: Tu illuminabis lucernā meā dñe: ꝛus meus illumina tenebras meas. Sum in tenebris peccatorū: sed radio sapiētię tuę discutiant tenebrę meę. Appareat vultus tuus: ꝛ si forte appareat ꝓ me aliquātulū ꝛformis effectus: a te reformeť qō a te formatū est. Illumiet ḡ vultū suū sup nos†: Ut cogAl.lra habet. Te miserear nrī.
G noscamus in terra viam tuā. In terra hac: in hac vita cognoscamus viam tuā. Quę est via tua: Quę ducit ad te. Agnoscam⁹ quo eamus: agnoscam⁹ q̄ eamus: vtrūq; in tenebris non possum⁹. Longe ess⁹ pegrinātibus: viā nobis porrexisti ꝓ quā redeunt ad te. Agnoscam⁹ in terra viam tuā. Quę est via ipsius: q; hoc optauim⁹ vt cognoscam⁹ in terra viā tuā: Quęsituri sumus eam nos: nō ꝓ nos discituri. Possum⁹ eā ꝛe euāgelio discere: Ego sum via: dñs
Joh.14. ait. Christ⁹ dicit: Ego sum via. Sed times ne erres: adiecit: ꝛ veritas. Quis erat ī ꝛitate: Errat ī ꝛita te q̄ recesserit a veritate. Veritas christ⁹: via christ⁹. Ambula. Times ne moziaris anteqū puenias: Ego sū vita: Ego sū inq̄t via ꝛ veritas ꝛ vita. Quasi dicret: quid times: Per me ambulas: ad me ambulas: ī me requiescis. Quid ḡ ait: Cognoscam⁹ ī terra viā tuā: nisi cognoscam⁹ ī ꝛra christū tuū: Sed ipse psalmus respondeat: Me putetis ex alijs scripturis adbendū esse testimoniū: qō forte hic ꝛest: repetendo ostēdit qō dixerit: Ut cognoscam⁹ in terra viā tuā. Et quasi tu quereres: ī qua terra: quā viā: In omnibus gentib⁹ salutare tuū. In qua terra quę ris: Audi: In omnib⁹ gentib⁹. Quā viam queris: Audi: Salutare tuū. In forte christ⁹ nō est salutare ipsius: Et quid est qō dixit senex ille simeon: senex ille in euāgelio seruatus annosus vsq; ad infantiam verbi: Accepit em senex ille in manibus suis infantē verbū ꝛi. Qui ꝛ in vtero esse dignatus est: in manibus senis esse ꝛdignareť: Ille ī vtero virginis: q; in manib⁹ senis: infirmus infans ꝛ intra viscera ꝛi in nibus senis: ad vandā nobis firmitatē p quem facta sunt oīa. Et si oīa: ꝛ ipa mater. Venit humilis: venit infirm⁹: sed indutus infirmitate murāda: q; et si crucifixus est: ex infirmitate: & viuit ex virtute ꝛi: Apostolus ait: Erat ergo in manib⁹ senis. Et qd ait senex ille: Quid ait gratulās qō iā soluēdus hinc esset: videns suis in manib⁹ cōtineri a quo ꝛ in quo salus ei⁹ cōtinebat: Jam dimittis inq̄t dñe seruū tuū ī pace: quia q; viderūt oculi mei salutare tuū. Ergo bñdicat nos de⁹ ꝛ misereat nrī: illumiet vultū suū sup nos: vt cognoscam⁹ in terra viā tuā. In qua terra: In omnib⁹ gentib⁹. Quā viā: Salutare tuū. Quid sequit: quia cognoscit in ꝛra via ꝛi: q; cognoscit in oib⁹ gentib⁹: cōfiteant tibi: inquit: populi omnes. Existit heresalutare ꝛi: ¶ Cōfiteant tibi populi de⁹: cōfiteant tibi: inquit: populi omnes. Existit heretic⁹ ꝛ dicit: Ego in africa ꝓl'os habeo: ꝛ ali⁹ ex alia pte: ꝛ ego in galatia ꝓl'os habeo. Tu in africa: illa galatia: ego illū ḡro q̄ vbiq; hz. Certe ad istā vocem exaltare vos ausi estis: qm audistis: confiteant tibi ꝓl'i ꝛus. Audite sequētem versum: q; nō ꝛ pte loquit: Cōfiteant tibi populi omnes. Ambulate i via cum omnib⁹ gentibus: ambulate in via cum omnibus populis o filij pacis: filij vnię catholicę ambulate in via: cantate ambulātes. Faciūt hoc viatores Job.34. ad solamē laboris. Cantate vos in hac via: obsecro vos ꝓ ipsam viam: cantate in hac via. Canticū nouum cantate: nemo ibi ꝛetera cantet. Cantate amatoria patrię vestrę: nemo vetera: Via noua: viator nouus: canticū nouum. Audi apostolū hortantē te 2.Cor.5. ad canticū nouū: Si qua igit in christo noua creatura: vetera transierūt: ecce noua facta sunt. Canticum nouū cantate in via: quā cognouistis i terra. In qua terra: In oib⁹ gentibus: Propterea ꝛ canticū nouū non ptinet ad partē. Qui in parte cantat: vetus cantat. Quodlibet cantet: vetus cantat: vetus bō carnalis est: Diuisus est: carnalis est. Certe inquātū carnalis est: intantū ꝛet⁹: ꝛ inquātū spiritalis: intantū nou⁹. Vide quid dicat ap'lus: Non potui vobis loqui q̄si j.Cor.3. spiritalib⁹: sed quasi carnalib⁹. Unde illos ꝓbat carnales: Cū em vn⁹ dicit: Ego sum pauli: alter ꝛo ego apollo: nōne inquit carnales estis: Ergo in ipō canticū nouū canta ī via secura: Sic viatores cantāt: et plerūq; in nocte cantāt. Formidulosa circūstrepūt oīa: vel potius nō circūstrepūt: sed circūsilēt: ꝛ quāto magis silentia: tanto magis formidolosa: cantant tamē quia latrones timent: Quāto securi⁹ cantas in

christo: Non habet via ista latronem: si tu non ve-
rendo viam: incidas in latronem. Canta inquam se-
Ps. 95. curus canticū nouū in via quā cognouisti in terra: ꝟ
est in omnibus gentibus. Vide quia ipsum canticuz
tate iṁt domino canticū nouū: Et sequit: Cantate
domino oīs terra. Confiteant tibi populi deus:
Inuenerunt viam tuam: cōfiteant. Ipsa cātatio cō
fessio est: cōfessio peccatoꝝ tuoꝝ ē virtutis dei. Tuā
iniqtatē ꝓfitere: grām dei ꝓfitere. Te accusa: illū glo
rifica. Te reprēde: illū lauda: vt ꝛ ipse venies: iueni
at te punitorē tuū: vt exhibeat se tibi saluatorē tuū.
bus gentibus: Quid timetis cōfiteri: q̄ inuenitis hāc viā in oī
Quid em timetis cōfiteri: ꝛ in cōfessione
uestra cātare canticū nouū cum oīni terra: In oīni
terra: in pace catholica cōfiteri times deo ne confes
sum damnet: Si non cōfessus lates: nō cōfessus dā
naberis. Times ꝓfiteri qui nō cōfitendo esse nō po
naberis. Tacitus: qui posses libera
tes occultus: damnaberis
ri cōfessus. Confiteant tibi populi deus: ꝓfiteantur
tibi populi omnes. Et quia ista cōfessio nō ad suppli
cium ducit: sequitur ꝛ dicit: ¶ Lętent et exultent
gentes. Si plangūt ante hoiem cōfessi latrones:
lętent añ deū ꝓfessi fideles. Si homo iudicet: exigit
a latrone cōfessionē torquet et timor: imino aliquādo
cōfessionez p̄mit timor: exigit dolor: Et ille qui plan
git in tormētis: timet aūt occidi cōfessus: portat tor
menta quantū pōt: et si victus dolore fuerit: profert
ad mortem vocem suā. Nusq̄ ergo lętus: nusq̄ ex
ultans: anteq̄ confiteat exarat vngula: cū cōfessus
fuerit damnat carnifex: ducit miser vbiq̄. Sed lętē
tur et exultent gentes. Unde: Per ipsam confessio
nem. Quare: Quia bonus est cui cōfitent. Ad hoc
exigit cōfessionē: vt liberet humilē: Ad hoc damnat
non cōfitentē: vt puniat superbū. Ergo tristis esto an
teq̄ cōfitearis: confessus exulta: iam sanaberis: Nō
confitentis conscientia saniem collegerat: aposte
ma tumuerat: cruciabat te: requiescere non sinebat:
adhibet medicus fomenta verborū ꝛ aliquando se
cat: adhibet medicinale ferrū in corruptione tribula
tionis: tu agnosce medici manum: cōfitere: exeat in
cōfessione ꝛ defluat oīs sanies: Jam exulta: iam lę
tare: quod reliquū est: facile sanabit. Cōfiteant tibi
populi deus: cōfiteant tibi populi oīes. Et quia cō
fitent: lętent ꝛ exultent gentes. ¶ Quoniam iudi
cas populos in equitate. Nemo se fallat: gau
deat iudicandus: qui timuit iudicaturum. Prequidit
eū ꝛ p̄uenit faciem eius in confessione: ille autem
populos cum venerit in equitate iudicabit. Quid
ibi valebit calliditas accusatoris: vbi est testis con
scientia: vbi tu eris et causa tua: vbi est testis con
rit testem: Aduocatum misit tibi propter illum: ꝛ p
illum cōfitere. Age causam tuā: ꝛ defensor est pēnitē
tis: ꝛ petitor venię ꝓfitentis: ꝛ iudex innocētis. Uere
timere poteris cām tuā: vbi aduocatus tuus erit iu
dex tu? Lętent ḡ ꝛ exultēt gētes: qm̄ iudicas popu
los in equitate. Sed timere poterūt ne male iudicē
Ps. 55. tur: dent se corregendos: dent se dirigendos ei qui vi
det iudicandos. Hic corrigant: ꝛ non timeant cum
iudicabunt. Vide q̄d dicat in alio psalmo. Deus in
nomine tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua iudica me.
Quid ait: Si nō me prius saluas in nomine tuo: de
beo timere cū me iudicabis in virtute tua. Si autez
me prius saluas in nomine tuo: quid timebo iudicā
tem in virtute: cui? salus p̄cessit in nomine: Sic etiā
boc loco cōfiteant tibi populi oīes. Et ne putetis
aliq̄d timendū in cōfessione: lętent inquit et exultent
gentes. Quare lętent ꝛ exultent: Qm̄ iudicas po
pulos in equitate. Nemo cōtra nos prędmū dat: ne
mo te corrūpit: nemo te fallit: Ergo secur? sis. Sed
q̄d de causa tua: Nemo corrūpit deū manifestū est:
ne forte ideo magis timend? sit: quia corumpi nul
lo modo pōt: Quō ergo secur? es secundū illud q̄d
iam dictū est: De? in nomine tuo saluū me fac: ꝛ ī vir
tute tua iudica me: sic ꝛ hic: Lętent ꝛ exultēt gentes
qm̄ iudicas populos in equitate. Et ne timeant ini
qui: subiecit: ¶ Et gētes in terra diriges. Pra- ℵ
uę erant gentes: ꝛ tortuose erāt gentes: puersę erant
gentes: merito prauitatis ꝛ distortionis ꝛ puersita
tis suę: iudicē venientē timebāt. Uenit manus ipsi?:
extenta est misericorditer in p̄los: dirigunt vt am
bulent rectā viam: q̄d timeant venturū iudicem: qui
primo agnouerūt correctorē: Manibus eius dent
se: ipse gentes in terra dirigit. Directe aūt gētes am
bulantes ī fide: exultantes ī illo: facientes opa bona:
ꝛ si qua forte qm̄ per mare nauigāt: intrat aqua per
minutissimas cauernas: per rimulas ad sentinā: ex
haudiendo eam per opa bona: ne plus intrando cu
mulum faciat: ꝛ nauim deprimat: exhauriant quoti
die: ieiunādo: orādo: elemosynas faciendo: dicendo
puro corde: Dimitte nobis debita nostra: sic et nos Matth. 6.
dimittim? debitoribus nostris. Dicēdo ista: ambula
secur?: ꝛ exulta in via: canta ī via: noli timere iudicē.
Añq̄ esses fidelis timebas: ꝟ iā inuenisti saluatorē:
Impiū te ḡsiuit vt redimeret: redēptū deseret vt p
dat: Et gētes ī ira diriget. Exultat: gaudet: hortat:
repetit eosdē versus in exhortatione. ¶ Confiteant ℵ
tibi ppli deus: confiteant tibi ppli oīes: ter
ra dedit fructū suū. Quem fructū: Cōfiteant
tibi popli oēs. Terra erat: spinis plena erat: Acces
sit eradicātis man?: accessit vocatio maiestatis eius
et misericordię: cępit terra cōfiteri: Jā dat terra fru
ctum suum. Daret fructū suū: nisi ante cōpluereturz
Daret terra fructum suum: nisi ante misericordia dei
veniret desup: Legāt mihi inqs: quo cōpluta dede
rit terra fructū suū. Audi cōpluentē dīm: Agite pe
nitentiā: appropinq̄bit em regnū celoꝝ. Pluit ꝛ ipsa Matth. 4.
pluuia: Tonitru? ē: tret: Time tonātē: ꝛ excipe plu
entē. Ecce post illā vocē tonantis ꝛ pluētis dei: post
illā vocē aliq̄d de ipso euāgelio audiamus: Ecce illa
meretrix malā famā habēs ī ciuitate: irrupit ī alienā
domū: q̄ ñ erat inuitata ab hospite: ꝟ ab inuitato voca
ta: nō lingua: ꝟ gra. Mouerat ęgra hīe ibi se locū: vbi
medicū suū discūbere sciebat. Ingressa ē ḡ erat pec
catrix: nō audet accedere nisi ad pedes: Flet ad pe
des: irrigat lachrymis: tergit crinib?: vngit vnguēto. Luce. 7.
myrias. lia. μυριὰς quippe vna: decem milia sunt. Ingen-
tē itaq̄ multitudinē sanctoꝝ atq̄ fidelium: qui portā-
do deū fiūt quodāmodo currus dei: significauit hoc
nomine. Hanc im manēdo ⁊ regēdo pducit in finem
1.Cor.j5. tanq̄ currum suum: velut in locum aliquē destinatū.
Initium em̄ christus: deinde qui sunt christi in p̄sen-
Roma.11. tia eius: deinde finis. Hęc est sancta ecclesia: quę sūt
qō sequit: Milia lętantiū. Spe em̄ sunt gauden-

tes: donec pducant in finem: quem nūc expectant p
patientiā. Virifice autē cum dixisset: Milia lętan-
tiū: cōtinuo subiecit: Domin⁹ in †illis. Ne mire-
mur q: lętent: domin⁹ in illis. Nam p multas tribu- Act.14.
lationes oportet nos introire in regnum dei. Sed do-
min⁹ in illis. Ideo etsi sūt q̄si tristes: semp tamē gau- 2.Cor.6.
dētes: nec iam ipso fine quo nōdum venerūt: sed spe
sunt gaudētes: ⁊ in tribulatiōe patiētes: quoniā dñs
i illis. In †sina in sancto. In nominū hebraeorū Ar.†finai.
interpretatiōibus inuenimus sina interpretari man-
datū: Et alia quędā interpretat: sed hoc puto p̄senti
loco aptius cōuenire. Reddēs em̄ causam quare lę-
tarent illa milia quibus cōstat currus dei: Dominus
inq̄t in illis: in sina in sancto: id est dñs in illis in mā-
dato: q̄ mādatū sanctū est: sicut dicit aplus. Itaq̄ Roma.7.
lex quidē sancta ⁊ mandatū sanctū ⁊ iustū ⁊ bonum.
Sed quid prodesset mandatū nisi dñs ibi sit: de quo
dicit: Deus em̄ est qui operat i vobis ⁊ velle ⁊ ope- Phil.2.
rari p bona volūtate: Nam mandatū sine dei adiu- 2.Cor.3.
torio littera est occidēs. Lex em̄ subintrauit: vt abū- Roma.5.
daret delictū. Sed quoniā plenitudo legis charitas Roma.j3.
est: ideo p charitatē lex implet nō per timorē. Chari Roma.5.
tas em̄ dei diffusa est i cordibus nostris p spiritūsan-
ctū qui datus est nobis. Ideo lętant hęc milia. Tan
tū em̄ faciūt iusticiā legis: quātum adiuuant spiritu
gratię. Quoniā dñs in illis in sina in sancto. Deinde
ad ipsum dominū locutiōe cōuersa: ¶ Ascendisti: Z
inquit: in altū †captiuasti captiuitatē: acce- Ar.†cepisti.
pisti dona in hominibus. Hoc aplus sic cōme
morat: sic exponit de dño christo loquēs: Unicuiq̄ Eph.4.
autē nostrū inq̄t data gra ſm mēsurā donatiōis chri-
sti: Propter quod dicit: Ascendit in altū: captiuauit
captiuitatē: dedit dona hominib⁹. Q̄d autem ascen- Ibidem.
dit quid est nisi q: ⁊ descēdit in inferiores partes ter-
rę. Qui descēdit ipse est ⁊ q̄ ascēdit sup oēs cęlos vt
adimpleret oīa. Christo ergo sine dubitatiōe dictū
est: Ascendisti in altū: captiuasti captiuitatē: accepi-
sti dona in homibus. Nec moueat q̄ aplus idem
testimoniū cōmemorās nō ait: Accepisti dona i ho-
minib⁹: sed dedit dona homibus. Ille quippe aucto
ritate apostolica ſm h̄ locutus est quod deus filius
cum patre fecit. Scōm hoc quippe dedit dona homi
nibus: mittens eis spiritūsanctū: qui spiritus est pa-
tris et filij. Scōm illud ꝙo q̄ idem ipse christus in
corpore suo intelligiē q̄ est ecclesia: ꝓpter q̄ ⁊ mem
bra eius sunt sancti ⁊ fideles eius. Unde eis dicitur:
Vos autē estis corpus christi ⁊ membra: pculdubio 1.Cor.j2.
⁊ ipse accepit dona in hominibus. Christus quippe Act.j.
ascēdit in cęlum: ⁊ sedet ad dexterā patris: sed nisi et
hic esset in terris nō inde clamasset: Saule saule q̄d Act.9.
me psequeris: Cū ergo idem ipse dicat: Quādo vni Matth.25.
ex minimis meis fecistis: mihi fecistis: quid dubita-
mus eum accipere in membris suis quę dona mem-
bra eius accipiūt: Sed quid est: captiuasti captiui-
tatem: Utrum q: vicit mortē quę captiuos tenebat
in quibus regnabat: an ipsos homies appellauit ca-
ptiuitatem qui captiui sub diabolo tenebant: Cui⁹
rei mysteriū continet etiā titulus illius psalmi quā- Ps.95.
do domus ędificabat post captiuitatem: id est eccle-
sia post gentilitatem. Ipsos itaq̄ homines qui ca-
ptiui tenebant appellauit captiuitatez: sicut milicia
cum dicit: intelligunt qui militent: eandem captiui-
tatem a christo captiuatā dicit. Cur em̄ nō sit capti-

uitas ꝯlix: si ⁊ ad bonū homies possunt capi: Unde
Luce.5. petro dictum est: Ex hoc iam homies eris capiens.
Captiuati ergo qz capti: et capti quia subiugati: sub
Matth.jj. lene illud iugum missi: liberati a peccato cuius serui
Roma.6. erant: ⁊ iusticię serui facti: cui liberi erāt. Unde ⁊ ipe
in illis est: qui dedit dona hominib⁹: et accepit dona
in hominib⁹. Ideoqꝫ in ista captiuitate: in ista seruitute: in isto curru: sub isto iugo nō sunt milia plozantiū: sed milia lętantiū. Dominus quippe i illis in sina i sancto. Cui sensui cōgruit ⁊ alia interp̄tatio: qz inp̄zetat sina mēsura. Nam ⁊ de his donis lęticię spiritalis apostolus loquens idē qđ supza cōmemozauit:
Epb.4. Unicuiqꝫ autē inquit nostrū data est gratia ꝓm mensurā donationis christi. Ac deinde sequit qđ etiā hic sequit: ꝓpter qđ dic: Ascēdit i altū: captiuauit captiuitatē: dedit dona in hoib⁹: qđ hic ē: Accepisti dona i hoib⁹. Quid hac ⁊ illa ☧itate cōcozdi⁹? Quid ma-
⁊ Al. ☨nō credentes. nifesti⁹? Sed qđ deinde adiūgit: ¶ Etenim ☨ą nō credūt ihabitare. Uel q nōnulli codices habēt. Eteni nō credētes inhabitare. Nūquid sunt alij non credētes: nisi ą nō credūt: De qb⁹ dictū sit: nō est facilis intellect⁹. Tanqꝫ em̄ ratio redderet superiozū verboꝝ cū dictū esset: Captiuasti captiuitatem: accepisti dona in hominib⁹: ita subiūctum est: Etenim qui nō credunt inhabitare: id est nō credentes vt inhabitarēt. Quid est hoc? De quibus hoc dicit? An illa captiuitas anteqꝫ transiret in bonā captiuitatē: vnde fuerit mala captiuitas ostēdit? Nō credendo em̄ possidebant ab nimico qui operat in filijs
Epb.2. diffidētię: In quib⁹ ⁊ vos inquit fuistis aliquādo cū viueretis in illis. Donis ꝯ gratię suę qui accepit dona in hominib⁹: captiuauit istā captiuitatē. Etenim nō credētes erāt vt inhabitarēt. Nam fides eos inde liberauit: vt iā credentes inhabitent in domo dei: facti ⁊ ipsi domus dei: ⁊ currus dei decē miliū lętantium. Unde qui hęc canebat: in spiritu ea p̄zeuidēs: impletus etiā ipe lęticia eructauit hymū dicēs: Dominus deus bñdictus. ¶ Bñdictus dñs deus de die in diem. Qđ nōnulli codices habēt: Die
emeran cati meran. quotidie. Quia sic habent greci ἡμέρᾳ κάθ᾽ ἡμέραν: qđ veri⁹ expzimit: die quotidie. Quā puto locutionē hoc significare qđ dictū est: de die in diē. Quotidie quippe ꝺ agit vsqꝫ in finē: captiuat captiuitatē: accipiēs dona in homībus. Et quoniā currū illum ducit vsqꝫ in finem: Sequit ⁊ dicit: Prospe-
Al. ☨salutariū nostrozū. rū iter faciet nobis deus ☨sanitatū nostrarum. ¶ Deus noster deus saluos faciendi. Oultū gratia cōmendat. Quis em̄ saluus esset nisi ipse sanaret? Sed ne occurreret cogitatiōi: cur ergo mozimur si ꝓ eius gratiā salui facti sumus: continuo subiecit: Et domini dñi exitus mortis: Tanqꝫ diceret: Quid indignaris humana cōditio habere te exitum mortis: ⁊ domini tui exitus nō alius qꝫ mortis fuit? Potius ergo cōsolare qꝫ indignare: nam et
Roma.8. domini exitus mortis. Spe enim salui facti sumus. Si autē qđ nō videmus speramus: ꝓ patientiā expectamus. Patiēter ergo etiā ipsam mortē feram⁹: illius exemplo ą licz peccato nullo esset debitor mortis ⁊ dominus esset: a quo nemo animā tolleret: sed ipse eam a semetipso poneret: etiā ipsius fuit exitus
2 Al. ☨ cō fringet. mortis. ¶ Uerūtamē deus ☨cōquassabit capita inimicoꝝ suoꝝ: verticem capilli perambulantium in delictis suis: Id est nimis se extollentiū: nimis superbientiū in delictis suis: in q̄-
Luce.jj. bus saltem humiles esse deberent dicētes: Dñe ꝓpitius esto mihi peccatori. Sed cōquassabit eorum capita: quoniā qui se exaltat hūiliabit: ac ꝓ hoc q̄uis
Ibidem. ⁊ domini sit exitus mortis: tamē idem dñs quoniā deus est: ⁊ volūtate nō necessitate ꝺm carnē mortu⁹ est. Cōquassauit capita inimicoꝝ suoꝝ: nō solū eoꝝ qui crucifixo illudentes ⁊ mouentes capita sua dice-
Matth.27. bant: Si filius dei est descendat de cruce: sed etiā omniū extollentiū se aduersus doctrinam eius: ⁊ tanqꝫ mortē homīs irridentium. Idem quippe ipe de quo dictum est: Alios saluos fecit: semetipsum nō potest saluū facere: deus est sanitatū nostrarū: ⁊ deus est salCol.2. uos faciēdi: Sed ꝓpter humilitatis ⁊ patiētię documentū: ⁊ sanguie suo delendū nostroꝝ chirographū peccatoꝝ: etiā suum esse voluit exitū mortis: ne mortem istā timeremus: sed illam potius vnde nos liberauit p istam. Uerūtamē illusus ⁊ mortuus cōquassauit capita inimicoꝝ suoꝝ: de quibus ait: Resuscita
Ps.40. me ⁊ reddam illis: siue bona ꝓ malis: dum sibi subdit capita credentiū: siue iusta ꝓ iniustis: dum punit capita superbientiū. Utroqꝫ em̄ modo cōquassant ⁊ confringunt capita inimicoꝝ: cum a superbia dirigunt: siue humilitate cozrecti: siue in ima tartari absozpti. ¶ Dixit dñs ex basan: cōuertar. Uel vt nōnulli codices habent: Ex basan cōuertam. Ille quippe cōuertit vt salui simus: de quo dictū est supza: Deus sanitatū nostrarū: ⁊ deus saluos faciendi. Ei quippe ⁊ alibi dicit: Deꝰ virtutū cōuerte nos:
Ps.79. ⁊ ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus. Itē alibi: Cōuerte nos deus sanitatū nostrarū. Ille aūt dixit: Ex basan cōuertam. Basan interp̄tat cōfusio. Quid est ergo: cōuertam ex cōfusione: nisi quia cōfundit de peccatis suis qui p̄o eis dimittendis p̄ecat misericordiā
Luc.jj. dei? Unde est q ille publicanus nec oculos ad cęlum audebat leuare: ita se cōsiderans cōfundebat: sed descendit iustificatus: quia dixit dñs: ex basan cōuertam. Basan interp̄etat ⁊ siccitas. Et recte intelligit dñs ex siccitate cōuertere: id est ex inopia. Nam qui sibi vident copiosi cū sint famelici: et pleni cum sint
Matth.5. inanissimi: non cōuertunt. Beati em̄ qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā: qm̄ ipsi saturabunt. Ex ista dñs siccitate cōuertit. De aīa quippe ficca illi dicit: Extendi
Ps.142. manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua tibi. Ibi illud quoqꝫ non absurde intelligit: quod habent alij codices: Ex basan cōuertar. Cōuertit enim ad nos etiā ipse qui dicit: Cōuertimini ad me: ⁊ ego
Zach.j. cōuertar ad vos: Et nō nisi extra cōfusionē: cū peccatū nostrū añ nos est semp: ⁊ extra siccitatē: qz eius desideramus imbzem qui pluuiā volūtariā segregauit hereditati suę. Nam siccitate infirmata est: ipse
Ps.70. ☧o cōuersus perfecit eam: cui dicit: Et cōuersus vivificasti me. Dixit ergo dominus: ex basan conuertam. ¶ Cōuertam in ꝓfundum maris. Si cōuertam: quare in ꝓfundū maris? In seipsum quippe cōuertit domin⁹: cum salubriter cōuertit: ⁊ nō est cutio: ⁊ ꝓ eo positum est in ꝓfundum: qđ est in profundo? Nō em̄ ille se conuertit: sed sibi cōuertit eos
Ps.jxx. qui in ꝓfundo huius ꝛeculi iacent demersi ponderе peccatoꝝ: vbi conuersus ille dicit: De ꝓfundis clamaui ad te domine. Si autem non est: cōuertam: sed conuertar in ꝓfundum maris: hoc intelligit

dixisse dominū nostrū: qō sua misericordia conuertere ētiā in ꝓfundū maris: ad eos quoq; liberādos qui essent etiā desperatissimi peccatores: q̄q; in aliq̄ greco inuenerim: nō in ꝓfundū: sed ī ꝓfundis: hoc ē abyssos, ἐν βυθοῖσ: qō ꝓiozē sensum cōfirmat: qō etiā ibi deus cōuertat ad se & ꝓfundis clamātes. Qui etsi intelligāt ibi se cōuerti ad liberādos etiam tales: nō dos cōuertit ita. †Et tingat pes tuus in sanguine. Qō ad ipm dominū ꝓpheta dicit: vt tingat pes tuus ī sanguine: id est vt ipsi q̄ ad te cōuertunt: vel ad quos liberandos cōuerteris: licet in ꝓfundo maris onere iniqtatis depressi fuerint: intantū gra tua uit gratia: vt fiāt pes tuus inter mēbra tua ad annūciandū euangeliū tuū: et ꝓ nomie tuo diu ducentes martyriū: vsq; ad sanguinē certent. Sic em vt arboꝝ cōueniētus intelligit pes ei⁹ tinctus ī sanguie. Deinceps adiūgit: Lingua canū tuoꝝ ex inimicis ab ipso. Eosdē ipos q̄ vsq; ad sanguinē fuerāt ꝓfide euāgelica certaturi: etiā canes vocās tanq̄ ꝓ suo dño latrātes: nō illos canes de quib⁹ dicit apostolus: Cauete canes: sed illos qui edunt de micis q̄ cadūt de mensa dominoꝝ suoꝝ. Hoc em cōfessa chananea meruit audire: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sic vis. Canes laudabiles: nō detestabiles: fidem seruātes dño suo: & ꝓ eius domo contra inimicos latrātes. Nō em tantūmodo canū dixit: sed canū tuoꝝ: nec eoꝝ dentes: sed lingua laudata est: Qm̄ nō vtiq; frustra: nec sine magno sacramento gedeon solus eos iussus ē ducere: q̄ fluminis aquā sicut canes lamberēt: taleſq; nō amplius q̄ trecēti in tanta multitudine inuenti sunt. In quo numero crucis signū est ꝑter. T. litterā: que in grecis numeroꝝ notis trecē significat. Detalib⁹ canibus & in alio psalmo dicit: Cōuertent ad vesperā: & famē patient vt canes. Nam & quidā canes reprehensi sunt a ꝓpheta Esaia: nō ideo q̄ canes essent: sed q̄ latrare nescirēt: et dormire amarent. Ubi vtiq; demōstrauit: q̄ si vigilarent & ꝓ dño suo latrarēt: laudabiles canes essent: sicut laudant isti de quib⁹ dicit: Lingua canū tuoꝝ. Quos tamē ꝓpheta ex inimicis futuros eē ꝓdixit: q̄ illam secq̄ cōuersionē de qua supius loquebat. Unde & ille psalmus: Cōuertent̄ inq̄t ad vesperū: & famem patient vt canes. Deinde veluti quērētib⁹ vnde hoc illis tantū bonū: vt canes eius fierēt: cui⁹ fuerāt inimici: respōsum est ab eo. Sic em legit: Lingua canū tuoꝝ ex inimicis ab ipso: Ipsi⁹ vtiq; dilectiōe: ipsi⁹ misericordia: ipsi⁹ gratia. Nā quādo id possent a semetipsis. †Nisi essent mortē filij eius: Ad hoc et dñi fuit exitus mortis. bus venisti q̄ mundū tanq̄ in illo curru pagraturus ozbē terrarū: Quas & nubes ī euāgelio sanctos et fideles suos significat: vbi ait: Amodo videbitis filiū hominis venientē in nubibus. Excepto illo aduentu quē videbitis filium hominis venientē in nubibus. In quo erit iudex viuoꝝ atq; moꝝtuoꝝ: Amodo ingrat⁹ tui visi sunt: id est manifestati sūt: reuelata gratia testamēti noui. Unde dictum est: Oꝝ speciosi pedes eozum qui annūciant pacem: qui annūciant bona. Hec enim gratia & isti gressus latebant in veteri testamēto. Cum autem venit plenitudo temporū

et placuit deo reuelare filium suum vt annūciaret in gentibus: visi sunt gressus tui deus. †Gressus dei mei regis mei qui est in sancto. In quo sancto: nisi in templo suo: Templū em dei sanctū ē inquit: qō estis vos. Ut autē gressus isti viderent: ¶ Prꝛeuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio †adolescentularꝝ tympanistriarum. Principes sunt apostoli: Ipsi em ꝓuenerūt vt populi sequerent. Prꝛeuenerūt annūciātes nouū testamentū cōiuncti psallētibus: & quoꝝ bonis operib⁹ etiam visibilibus tanq̄ organis laudis glorificaret deus. Idem aūt principes in medio adolescentularum tympanistriarū: in ministerio scilicz honorabili. Nam ita sunt in medio ministri prꝛepositi ecclesiarū nouarū: Hoc em est adolescētularū carne edomita deū laudantiū: Hoc em est tympanistriarꝝ: eo q̄ tympana fiāt corio siccato & extento. Ideo ne quisq̄ carnaliter ista acciperet: & ex his verbis quosdam luxurię chozos in animū duceret: sequit & dicit: In ecclesijs benedicite †dominum: Tanq̄ diceret: quicunq; auditis adolescētulas tympanistrias lasciua delectamenta non cogitantes: in ecclesijs benedicite dominū. Ecclesię quippe vobis hac mystica significatiōe mōstrant. Ecclesię sūt adolescentule: noua gratia decorate. Ecclesię sunt tympanistrię castigata carne spiritaliter sonoꝝ. In ecclesijs ergo benedicite dominū. †Deum de fontibus israel. Inde quippe ꝑus elegit quos fontes faceret. Nam inde sūt electi apostoli: & ibi primitus audierūt: Qui biberit ex aqua quā ego dabo: nō sitiet vnq̄: sed fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. ¶ Ibi beniamin †adolescentioꝝ †in extasi. Ibi paulus nouissim⁹ apostoloꝝ: qui dicit: Nam & ego israelita sū ex semine abrahā de tribu beniamin. Sed plane in extasi: expauescētibus omibus: tam magnum in eius vocatiōe miraculū. Extasis nāq; est mentis excessus: qō aliquādo pauoꝝ cōtingit: nōnunq̄ ꝙo ꝙ aliquā reuelationē aut alienationē mētis a sensib⁹ corporis: vt spiritui qō demonstrandum est demonstret. Unde intelligi etiam sic potest quod hic positum est: in extasi: quia cum ei ꝑsecutoꝝ dictum esset de cęlo: Saule saule quid me ꝑsequeris: adempto lumine oculoꝝ carnaliū: respōdebat domino quē spiritu videbat. Qui autē cum illo erant: vocem respondentis audiebāt: neminē aūt videntes cui loqueret. Potest hic extasis etiam illa eius intelligi de qua ipe loquens ait: Scire se hominē raptum vsq; ad tertiū cęlum: siue autem ī corpore: siue extra corpus nescire: sed raptum in paradisum: audisse ineffabilia verba quę non liceret homini loqui. ¶ Prꝛincipes iuda duces eoꝝ: prꝛincipes zabulon: †prꝛincipes neptalim. Cum apostolos significet prꝛincipes: ibi est & beniamin adolescentioꝝ in extasi. Quibus verbis paulum significari nemo ambigit. Uel nomie prꝛincipū omnes significant in ecclesijs excellentes atq; imitatione dignissimi. Quid sibi volunt hec nomina tribuū israelitarū: Si enim tantū iudę mentio fieret: quoniā ex hac tribu reges fuerant ex qua & dominus christus ꝟm carnem: ideo ex hac tribu putaremus figuratos etiam prꝛincipes testamenti noui. Cum ꝙo adiungit prꝛincipes zabulon: prꝛincipes neptalim: quisq̄ forsitan dicat ex his tribubus apostolos fuisse: ex alijs autem non fuisse.

Al. †ingressus.

j. Cor. 3.

Al. †iuuēculaꝝ.

Al. †deo.

Al. †dño.

Joh. 4.

Al. †adolescentulus. †ī mētis excessu

Apoc. 3.

Act. 9.

2. Cor. 12.

Al. †et.

Roma. j.

Qz licet vnde probari hoc posset non videam: tamē quia nec vnde refellaī inuenio: z hoc loco principes ecclesiarū: ducesqz eorum qui in ecclesijs benedicūt domino: video cōmendari: non absurde etiā istum sensū probo: Sed plꝰ me delectat qō ex istoꝝ nominū interpretatione claresci. Hebrea quippe sunt nomina: quorum iuda cōfessio interptari dicī: Zabulon habitaculum fortitudinis: Neptalim dilatatio mea. Quę oia verissimos nobis insinuāt pncipes ecclīarū: dignos ducatu: dignos imitatiōe: dignos honoribus. Martyres nāqz in ecclesijs locum summū tenent: atqz apice sanctę dignitatis excellunt. Jam xo in martyrio prima cōfessio est: z p illa quicquid acciderit: tolerādi sequēs assumī fortitudo: Deīde post omnia tolerata: finitis angustijs: latitudo consequī in ꝓmio. Potest z sic intelligi: vt quoniā tria hec pcipue cōmendat aplus: fidem: spem: charitatē: Cōfessio sit in fide: fortitudo in spe: latitudo in charitate.

1. Cor. 13.

Roma. 10.

Fidei quippe res est: vt corde credaī ad iusticiā: ore autem cōfessio fit ad salutem. In passionibus autez

Roma. 8.

tribulationū res tristis est: sed spes fortis est. Si eī qō non videmus speramus: p patientiā expectam⁹. Latitudinē xo pstat: charitatis in corde diffusio.

1. Job. 4.

Mā cōsummata charitas foras mittit timorē: Qui timet: tormētū habet p animę angustias. Principes ergo iuda duces eorū. Quoꝝ: Qui in ecclesijs benedicūt dominū. Principes zabulon: pncipes neptalim: pncipes cōfessionis: fortitudinis: latitudinis: principes fidei: spei z charitatis. ¶ Manda deus

Al. †virtuti tue

†virtutē tuam. Unus autē dominus noster iesus

1. Cor. 8.

christus p quem omnia z nos in ipo: quem legimus

1. Cor. 1.

dei virtutē z dei sapientiā. Quomō autē deus man-

Roma. 5.

dat christū suum: nisi dum eum cōmendat: Cōmendat eī deus charitatē suam in nobis: quoniā dum adhuc peccatores essemus: christus p nobis mortuus est: Quomō nō et cum illo omnia nobis donauit: Manda deus virtutē tuam. Confirma deus hoc quod opatus es in nobis. Manda docē-

Al. †sancto.

do: cōfirma iuuādo. ¶ A templo †tuo †in hieru-

Al. †quod est.

salem: tibi offerent reges munera. A templo

Sal. 4.

tuo in hierusalē: quę est libera mater nostra: qz z ipa est templū sanctū tuū. Ab illo ergo templo tibi offerent reges munera. Quicūqz reges intelligaī: siue reges terrę: siue reges quos discernit supcelestis sup columbā deargentatā: tibi offerēt reges munera. Et ḡ munera: Gratiosa. Quę sacrificia: Laudis. Sed huic laudi obstrepūt christianū vocabulū habētes: et diuersa sentientes. Fiat ergo quod sequī. ¶ In-

Al. †arūdinis.

crepa feras †calami. Nam z ferę sunt: quoniam nō intelligendo nocent. Et ferę calami sunt: quoniā scripturarū sensum p suo errore puertunt. Per calamū quippe tam cōuenienter scripturę significaī: qz sermo p linguā: fm qō dicī lingua hebrea: vel greca: vel latina: vel alia quelibet per efficientē: scz id qō efficit. Usitatū est autē in latino eloquio vt scriptura stilus vocet quod stilo fiat: ita ergo z calamus qō

2. Pet. 3.

calamo fiat. Dicit aplus petrus: indoctos z instabiles puertere scripturas ad ꝓprium suū interitū. Hę sunt ferę calami: de quibus hic dicī: Increpa feras calami. De his est eī qō adiungit: Congregatio

Al. †in vaccis. †excludāt eos q

taurorū inter †vaccas populorū: vt †excludaī hi q̄ pbati sunt argento: Tauros vocās ꝓter superbiā durę idomitęqz ceruicis: Significat eī hęreticos: Vaccas autem populoꝝ seductibiles aīas intelligendas puto: qz facile hos tauros sequūtur. Non eī plos vniuersos seducūt: in quib⁹ sunt graues et stabiles: Uñ scriptū est: In populo graui Ps. 34. laudabo te: sed in eis populis quos inuenerint vacuas ducūt mulierculas oneratas peccatis: quę duncī varijs dideriis errorīs: semp discentes: et 2. Timoth. 3. veritatis scientiā nunqz puenientes. Qō autē ait ide apostol⁹: Oportet z hereses esse: vt pbati manifesti fiant ī vobis: hoc etiam hic sequī: Ut excludaī hi qui pbati sunt argēto: id est qui pbati sunt eloquijs domini. Eloquia quippe domini eloquia casta: argē Ps. 11. tū igne pbatū terrę: Nam excludaī dictū est appareant: emineant: qō ait ille: manifesti fiant. Unde z in arte argentaria exclusiones vocaī: qui dē cōfusione masse nouerūt formā vasis exprimere. Multi eī sensus scripturarū sanctarū latent: z paucis intelligētioribus noti sunt: nec asserunt cōmodius z accptabilius: nisi cū respondere hereticis cura compellit. Tunc enim etiā qui negligunt studia doctrinę: ꝓpoze discusso ad audiendi excitaī diligentiā: vt aduersarij refellaī. Denicqz ꝗmulti scripturarū sanctarū sensus de christo deo asserti sunt contra fotinū: ꝗ multi de homie christo contra manicheū: ꝗmulti de trinitate contra sabellium: ꝗmulti de vnitate trinitatis ptra arrianos: eunomianos: macedonianos: ꝗmulti de catholica ecclesia toto orbe diffusa: et de donatistas z luciferianos alioqz si qui sunt qui similī erroze veritate dissentiunt: ꝗmulti cōtra ceteros hereticos qs enumerare vel cōmemorare nimis lōgum est: z p̄ senti operi non necessariū. Quorū tamē sensuū pbati assertores aut prorsus laterent: aut nō ita eminerent: vt eos eminere fecerūt superboꝝ contradictiones: quos velut tauros: id est iugo discipli- Matth. 11. nę pacifico leniqz nō subditos cōmemorat apostol⁹ vbi talem dicit eligendum ad episcopatū: vt potens Ad Tit. 1. sit exhortari in doctrina sana: z cōtradicētes redarguere. Sunt eī multi nō subditi: vt sunt tauri elati one ceruicī: impatiētes aratri atqz iūcturę: vaniloq z mētis seductores: Has mētes significauit iste psal mus appellatiōe vaccaꝝ. Ad hāc ḡ vtilitatē puidentia diuina pmittit tauros cōgregari inter vaccas populoꝝ vt excludaī: id est vt emineant qui pbati sūt argēto. Ad hoc eī hereses sinunt esse: vt pbati manifesti fiāt: Qz ḡ z sic etiā possit intelligi: cōgregatio tauroꝝ inī voccas ꝓpoꝝ: vt ab eis vaccis excludāt qui pbati sunt argento. Hanc eī habēt hereticī intentionē doctores: vt ab auribꝰ aīaꝝ quas seducere moliunī excludāt eos: id est separēt eos q̄ pbati sūt argento: id est q̄ idonei sūt docere eloquia dñi. Sed sine ille huiꝰ xpi: sine iste sit sensus: sequī. ¶ †Dis- Al. †Dissipa perge gentes q̄ bella volūt: Mō eī correctiōi ꝑtentiōi student. Hoc ḡ ꝓphetat vt ipi potꝰ dispgaī q̄ corrigi nolūt: qui gregē christi dispgere affectant. Gentes aūt appellauit: non ꝓpter generationes familiarū: sed ꝓpter genera sectaꝝ vbi series successionis cōfirmauit errorē. Veniēt legati ex ęgypto: ethiopia ꝓueniet manus eius. Ęgypti vt ethiopię noīe: omniū gentiū fidē significauit: Et pte totū: legatos appellans recōciliationis ꝓdicatores.

2.Cor.5. Pro christo eñ inḉt legatione fungimur tanḉ deo exhortante p nos: Obsecramus ꝓ christo recõciliari deo. Mõ ergo de solis israelitis vnde apl̃i electi sunt: sed etiã de ceteris gentibus futuros ꝓdicatores christianę pacis hoc modo mystice ꝓphetatũ est. Quod ño ait: Pręueniet manus eius: hoc ait: ꝓueniet vindictã eius cõuersione sc̃z ad eum vt peccata dimittant: ne peccatores ꝑmanendo puniant. Quod etiã Ps.94. in alio psalmo dicit: Pręueniam⁹ faciem eius in cõfessione. Sicut p manus vindictã: ita p faciem reuelationem ꝓfectiõḉ signat quę futura est in iudicio. Quia ergo p egyptum atḉ ethiopiam totius orbis gentes significauit: continuo subiunxit: ¶Deo regna terrę. Non sabellio: non arrio: nõ donato: nõ ceteris tauris cerucatis: sed deo regna terrę. Plures autem codices latini et maxime greci ita distinguunt. Deo regna terrę: sed deo. in fine sit versus sup̃ioris: atḉ ita dicat: Ethiopia ꝓueniet manus deo: Ac inde sequat in alio versu: ¶Regna terrę. Cantate deo: psallite dño. Qua distinctiõe multorũ codicum auctoritate digniore cõsonantia sine dubio ꝓferenda fides cõmendari mihi videt: quę opera precedit: quia sine bonorum operũ meritis per fidem iustificat impiũ: deputat fides eius ad iusticiã: vt inde ipsa fides p dilectionem incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt quę fiunt p dilectionem dei. Hęc autem necesse est: vt antecedat fides: vt inde ista: non ab istis incipiat illa: quoniam nullus operat p dilectionem dei: nisi prius credat in deum. Hęc est fides de qua dicit: In christo eñ iesu neḉ circucisio aliquid valet neḉ prępuciũ: sed fides quę p dilectionem operat. Hęc est fides de qua ipsi ecclesię dicit in Canticiscanticorũ: Uenies et ptransies ab initio fidei. Uenit enim tanḉ currus dei in milibus letantiũ: prosperũ iter habens: et ptransijt de hoc mũdo ad patrem: vt fiat in ea qđ sponsus ipe dicit: qui transijt de hoc mũdo ad patrem: Uolo vt vbi ego sum et isti sint mecum: ab initio fidei. Quia ergo vt bona opera sequant pcedit fides: nec vlla sunt bona opera: nisi ea sequunt ꝓcedẽte fide: Nihil aliud videtur dictũ: Ethiopia ꝓueniet manus eius deo: nisi ethiopia credet deo. Sic enim ꝓueniet manus eius: id est opera eius. Cuius nisi ipsius ethiopie: Quia hoc i greco nõ est ambiguũ: Eius quippe ubi femineo genere apertissime positum est: ac per hoc nihil aliud dictũ est: ḉ ethiopia ꝓueniet manus eius deo: id est credendo in deum ꝓueniet opera sua. Existimo eñ inquit apostol⁹: iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tm̃: Nõne et gentium: Sic ergo ethiopia quę videt exponit fidei merita sua: sed fide pręuenit opera sua. Plures sane codices greci non habent manus: sed manũ: quod tantũdem valet: quoniã pro operibus positum est. Wallem autẽ latini interptes sic trãstulissent: Ethiopia ꝓueniet man⁹ suas: ḉ vt manum suam deo: quoniã planius hoc esset ḉ quod nũc dicũ est: et salua veritate sic fieri posset: qz in greca lingua id ꝓnomen nõ solũ eius: sed etiã suam vel suas

Roma.4. Cat impius: sicut dicit apostolus: Credenti in eum qui iustificat impiũ: deputat fides eius ad iusticiã:

Gal.5.

Cant.2.

Job.13.

Job.17.

Roma.3.

si man⁹. Mã qđ ẽ in greco: χειρα αὐτήν: qđ plures codices habent: et manũ eius et manũ suã potest intelligi. Qđ ño rarũ est i codicib⁹ grecis: χεῖρὰς αὐτῆς: et man⁹ eius et man⁹ suas latine potest dici. Hinc iam velut decursis per ꝓphetiam rebus omnibus quas impletas esse iam cernimus: hortat ad laudem christi: ac deinde pñciat futurũ eius aduentũ. chira auten. chiras autes.

¶Regna terrę cantate deo: psallite domino. ¶Psallite deo qui ascendit sup̃ celos celorum ad orientẽ. Hei sicut nõnulli codices habent. Qui ascendit sup̃ celũ celi: ad orientem. In his verbis ille nõ intelligit christũ: qui ei⁹ resurrectionẽ ascensionẽḉ non credit. Ad orientem ño qđ addidit: nõne etiam ipsum locum: quoniã in partibus orientis est vbi resurrexit et vnde ascendit exp̃sit: Ergo sup̃ celum celi sedet ad dexterã patris. Hoc est qđ dicit apostol⁹: Ipse est qui ascendit sup̃ omnes celos. Quid eñ celorũ restat post celũ celi: Quos et celos celorũ possumus dicere: sicut vocauit firmamentũ celũ: qđ tamẽ celum: etiã celos legimus vbi scriptum est: Et aquę quę super celos sunt laudent nomẽ domini. Et quoniã inde venturus est ad iudicandos viuos et mortuos: Attende quod sequit. Ecce dabit †vocẽ suam vocem virtutis. Ille ꝙ sicut agnus coram tondẽte se fuit sine voce: ecce dabit vocẽ suã: nec vocẽ infirmitatis tanḉ iudicãdus: ꝙ vocẽ virtutis tanḉ iudicatur⁹. Nõ eñ de⁹ occult⁹ sic ꝑpus et in hoim iudicio nõ aperiẽs os suũ: sed deus manifest⁹ veniet: deus nr̃ et nõ silebit. Quid despatis infideles: Quid irridetis: Quid dicit seru⁹ malus: Tardat dominus meus venire: Ecce dabit vocẽ suam: vocẽ virtutis. Date gloriã deo: sup̃ israel magnificentia eius. De quo dicit apostolus: sup̃ israel dei. Non eñ omnes qui ex israel hi sunt israelitę: quoniã est et israel ꝑ carnẽ. Unde ait: Uidete israel ꝑ carnẽ. Non autem qui filij carnis: hi filij sunt dei: ꝙ filij ꝓmissionis deputant in semine. Tũc ergo quando erit sine vlla malorũ cõmixtione popul⁹ eius tanḉ massa ventilabro emũdata: tanḉ israel in quo dolus nõ est: tũc eminentissima erit sup̃ israel magnificẽtia eius. Et virtus eius in nubibus. Non eñ solus veniet ad iudiciũ: sed cum senioribus populi sui: quib⁹ ꝓmisit ꝙ sedebũt sup̃ sedes iudicaturi: ꝙ etiã angelos iudicabũt. Hę sũt nubes. Deniḉ ne aliud nubes intelligerent: secut⁹ adiũxit: ¶Admirabilis deus in sanctis suis: deus israel. Tunc enim et nomen ipsum verissime ac plenissime implebit israel: qđ est videns deum: quãdo videbimus eum sicuti est. Ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi suę: benedictus deus. Hunc fragiles et infirmi: habemus thesaurum istum in vasis fictilibus: Tũc ño etiã corporũ gloriosissima cõmutatione: ipe dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi suę. Seminat enim hoc corpus in infirmitate: surget in virtute. Ipse ergo dabit virtutem quam in sua carne ꝓmisit: de qua dicit apostolus: Uirtutem resurrectionis eius: Fortitudinem autẽ: quia inimica destruet mors. Quoniã itaḉ ꝓlixum et ad intelligendum difficilem psalmũ: tandem aliquãdo ipso adiuuante finiuimus: benedictus deus: Amen. ik ik

Explicit Tractatus de ps̃. LXVII.

Incipit Tractatus ꝛ pſ̃. LXVIII.

Sermo primus de ꝓma parte pſalmi.

A Matth. 13. EO tempore in hꝫ ſeculo exorti ſum⁹ ꝛ aggregati populo dei: quo iam olus illud ex grano ſinapis tetendit brachia ſua: quo iam fermentū illud qꝺ ꝓmo cōtemptibile fuit: fermentauit tres mēſuras: id eſt totū orbem terrarū reparatū ex tribus filiꝫs noe: quoniā ab oriente ꝛ occidente ꝛ aq̃lone ꝛ auſtro veniunt qui recumbūt cū patriarchis: expulſis foras eis qui de illorum carne ſunt nati: et eorum fidem non ſunt imitati. Ad hanc ergo chriſti eccleſię gloriā oculos aperimus: ꝛ iſtam ſterilem cui gaudium indictū atq; ꝓdictum eſt: qꝺ plures filios habitura eſſet: q̃ꝫ illa quę habebat virum: iam talem inuenimus quę oblita eſſet opprobrioꝝ ꝛ ignominię viduitatis ſuę: et ideo poſſumus forte mirari cū voces hūilitatis chriſti vel noſtrę relegerim⁹ in aliqua ꝓphetia: Et fieri poteſt vt min⁹ ex eis afficiamur: qz non eo tempore venimus quādo iſta cum ſapore legebant abundante pſſura. Sed rurſus ſi tribulationū abundantiā cogitemus: ꝛ in qua ambulemus via cognoſcamus: ſi tamē in illa ambulam⁹ q̃ ſit anguſta ꝛ per ꝓſſuras atq; tribulatiōes ꝓducat ad requiē ſempiternā: q̃ꝫ q̃ꝫ ipſa quę in rebus humanis vocat felicitas: plus ſit timenda q̃ꝫ miſeria: quādoquidem miſeria plerūq; affert ex tribulatiōe fructum bonū: felicitas autē corrumpit animā puerſa ſecuritate: et dat locū diabolo temptatori. Cum ergo cogitauerimus ꝓuidēter ꝛ recte: ſicut pſallit hęc victima temptationē eſſe vitam humanā ſup̄ terram: neminēq; omnino eſſe ſecurū: nec debere eſſe ſecurum: donec ad illam patriam veniatur: vnde nemo exit amicus: quo nemo admittit inimicus: etiā nunc in ipſa eccleſię gloria agnoſcimus voces tribulationis noſtrę: et tāq; mēbra chriſti: cōpage charitatis ſubdita capiti noſtro: et nos inuicē retinētia dicem⁹ de pſalmis qꝺ hic dixiſſe inuenerimus martyres qui fuerunt ante nos: qz tribulatio eſt omnib⁹ cōmunis ab initio vſq; in finem. Tamē iſtū pſalmū quem tractandū ſuſcepimus: ꝛ de quo loqui charitati veſtrę in nomīe domini ꝓpoſuimus: in grano ſinapis agnoſcam⁹: paulū in altitudine oleris et diffuſiōe ramorū: ꝛ ab illa gloria vbi aues cęli requieſcunt: auocemus cogitationē: Et hęc magnitudo q̃ nos delectat in olere: q̃ꝫ de paruo ſurrexit audiamus. Chriſt⁹ em̄ hic loquit: ſed iam ſcientibus dicimus: chriſtus non ſolū caput ſed ꝛ corpus: ex ipſis verbis agnoſcimus. Nam qz chriſtus hic loquit: dubitare oīno non ꝓmittimur. Hic ſunt em̄ expſſa verba: quę in eius paſſione completa ſunt: Dederūt in eſcam meā fel: ꝛ in ſiti mea potauerūt me aceto. Quādo iſta ad litterā impleta ſūt: ꝛ ꝓſus quō ꝓdicta: ſic reddita. Cūq; ipſe chriſtus dixiſſet: ſitio: pendēs in cruce: ꝛ ad hoc verbū ei acetum in ſpongia datū eſſet: quo accepto dixit: Conſummatū eſt: et ſic inclinato capite tradidit ſpiritū: oſtēdens iſta oīa quę ꝓdicta ſunt ī illo fuiſſe tunc cōſummata: nō licet hic aliud intellīgere. Apoſtoli etiā loquētes de chriſto: teſtimonia ex iſto pſalmo dederunt. Quis autē deuiet a ſententiꝫs eorū: Aut quis agnus nō ſequat arietes: Ergo chriſtus hic loquit: magiſq; nobis demonſtrandū eſt vbi eius membra loquant: vt oſtendam⁹ qꝺ totus hic loquit: q̃ꝫ dubitandum ꝙ chriſtus loquat. Titulus pſalmi eſt:

In finē ꝓ his qꝺ cōmutabunt ipſi Dauid. Munc cōmutationē in melius audi: Cōmutatio enim: vel in deterius eſt: vel in melius: Cōmutatio in deterius: Qui ex adam et eua chriſto adhęſerūt: in melius cōmutati ſunt. Sicut em̄ per vnum hominem mors: ita et ꝙ vnū hominē reſurrectio mortuorū: Et ſicut in adam omnes moriunt: ſic ꝛ in chriſto omnes viuificabunt. Ab eo qꝺ formauit ꝛ⁹: mutatus eſt adam: ſed in peius iniquitatis ſuę: Ab eo qꝺ opat⁹ eſt iniquitatē: mutant fideles: ſed in melius ꝙ gratiā dei. Ut mutaremur in peius: noſtra iuſticia: ſed fuit: vt mutaremur in melius: nō noſtra iuſtitia: ſed gratia dei ꝓſtat. Oꝛ ergo in peius mutati ſumus: nobis imputem⁹: q̃ in melius cōmutamur: deū laudemus. Pro his g̃ iſte pſalmus: qui cōmutabunt. Aſſūt iſta cōmutatio facta eſt: niſi ex paſſione chriſti: Paſcha ipm: latine tranſit⁹ interptat. Non eſt enim paſcha greꝯ nomē: ſed hebręū. Reſonat quidem in greca lingua paſſionē: qz πάσχειν pati dicit: Sꝫ paſchin ꝓſultū hebręū eloquiū: aliō indicat. Paſcha trāſitū cōmendat. Qꝺ admonuit etiā Iohānes euangeliſta: qui ūminente paſſiōe cū veniret dñs ad cęnā: qua cōmēdauit ſacramentū corpis ꝛ ſanguīs ſui ita loquit: Cū autē veniſſet hora qua trāſiret Ieſus de hoc mūdo ad patrē. Expſſit g̃ tranſitū paſchę. Sed niſi ipſe tranſiſſet hinc ad patrē q̃ ꝓpter nos venit: nos trāſire hinc quomō poſſemus: qui nō ꝓpter aliquē leuādum deſcēdimus: ſed cecidim⁹: Ipſe aūt nō cecidit: ſed deſcēdit: vt eum qui ceciderat ſubleuaret. Trāſitus g̃ illius ꝛ noſter hinc ad patrem de hoc mūdo ad regnū cęlor: de vita mortali ad vitam ęternā: de vita terrena ad vitā cęleſtē: de vita corruptibili ad incorruptibilē: de tribulationū cōuerſatione ad ꝑpetuam ſecuritatē. Ideo ꝓ his q̃ cōmutabunt: pſalmi titul⁹ eſt. Cauſam igit cōmutatiōis noſtrę: id eſt ipſā diſi paſſionē: noſtrāq; in tribulatiōib⁹ vocē in textu pſalmi aduertamus: cognoſcamus: cōgemiſcam⁹: et audiendo: cognoſcēdo: cōgemiſcēdo mutemur: vt impleat in nobis titulus pſalmi: Pro his qui cōmutabunt.

Expoſitio primę partis.

Saluū me fac deus: quoniā intrauerūt aquę vſq; ad animā meā. Granū illud eſt cōtemptū mūdo: qꝺ videt humiles dare voces. In horto orit: miraturo mūdo oleris magnitudinē: cui⁹ oleris ſemē cōtemptū eſt a iudeis. Reuera enim conſiderate ſemē ſinapis: minutū: fuſcū: aſpernabile: paſus: vt ibi impleat qꝺ dictū eſt: Vidim⁹ eū ꝛ nō habebat ſpeciē neq; decorē. Et quas autē intraſſe vſq; ad animā ſuā dicit: quia potuerūt illę turbę quas aquarū nomine ſignificauit: eouſq; ꝑualere vt occiderēt chriſtū. Prevaluerūt ad cōtemnendū: ad tenendū: ad ligandum: ad inſultandū: ad colaphizandū: ad cōſpuēdū. Adhuc quouſq;: Vſq; ad mortē. Ergo introierūt aquę vſq; ad animā meā. Hanc quippe vitā dixit animā ſuā: quouſq; illi accedere ſequendo potuerūt. Sed nūquid h̄ poſſent niſi ab ipo ꝓmitterent: Vñ g̃ aliqd tanq; inuitus patiat? ſic clamat: niſi quia caput membra ſua prefigurat: Paſſus eſt quippe ille qz voluit: martyres Xo etiam ſi noluerint. Petro nāq; ita ꝓdixit paſſionem ſuam: Cū ſenueris inquit: ali⁹ te ꝓcinget: ꝛ feret quo tu nō vis. Quāq; em̄ chriſto inhęrere cupiamus: mori tū

nolumus: ⁊ ideo libenter vel potius patienter patimur: quia alius transitus non datur p quem christo cohæreamus. Nam si possemus aliter peruenire ad christū: id est ad vitā ēternā: ds vellet mori: Naturā quippe nostrā: id est cōsortiū quoddā aminę ⁊ corporis atqꝫ cōpaginis: exponens quodā loco aposto
1.Cor.15. lus: ait: habere nos domū non manufactā ēternā in cęlis: id est immortalitatem p̄paratā nobis: qua indu
Ibidem. endi sumus in finem cū resurrexerim⁹ a mortuis: et ait: In quo nolum⁹ spoliari sed supuestiri: vt absorbeat mortale a vita. Si fieri posset sic vellemus ait fieri immortales: vt iam veniret ipsa immortalitas: et modo sicut sumus mutaret nos: vt mortale hoc no
Thess.27. strū absorberet a vita: non p mortē corpus puniret: vt in fine iterū reciperet. Quis ergo a malis ad bona trāseamus: tamē ipse transitus aliquātū amarus est: ⁊ habet fel qđ tulerūt domino in passione iudei: aceto potauerūt. Pręfigurās ergo ⁊ transformās in
Thess.10. se nosipsos: hoc ait: Saluū me fac dē: quoniā intrauerūt aḡ vsqꝫ ad animā meā. Potuerūt q̄ psecuti sūt etiā occidere: sed amplius quod faciāt nō habebūt. Præmisit em̄ exhortationē ipse domin⁹ dicens: Nolite timere eos qui corpus occidūt: ⁊ amplius nō habent quid faciāt: sed eū timete qui habet potestatē ⁊ corpus ⁊ animā occidere in gehennā ignis. Maiore timore minora cōtemnim⁹: et maiori ēternitatis cupiditate omnia temporalia fastidimus. Mā ⁊ hic dulcia tribulationis ętę temporales dulces sunt: et tribulatiōes temporales amarę sunt. Sed quis non bibat tribulationis
Ps.2. talis poculū: metuēs ignis gehennaꝫ: Et quis nō cōtemnat dulcedinem sęculi: inbians dulcedini vitę ēternę: Hinc ḡ vt liberemur clamem⁹: ne forte ī pssu
D ris cōsentiam⁹ inīchati: ⁊ vere irreparabiliter sorbeamur. Saluum me fac deus qm̄ intrauerūt aquę vsqꝫ ad animā meā. Infixus sum i limo pfundi: ⁊ nō est substantia. Quid dicit limū: An ipsos q̄ psecuti sunt: De limo em̄ factus est homo: sed isti cadendo a iustitia limus pfundi facti sunt: quib⁹ pse
quētibus ⁊ ad iniquitatē trahere cupiētibus quisqꝫ nō cōsenserit: de limo suo aurū facit. Werebit em̄ limus isti⁹ puerti i habitudinē cęlestē: ⁊ soci⁹ fieri eoꝝ de qb⁹ dicit titulo psalmi: p his q̄ cōmutabunt. Isti aūt cū lim⁹ pfundi essent: hęsi in illis: id est tenuerūt me: Pualuerūt mihi: occiderūt me. Infixus sū ergo in limo pfundi: ⁊ nō est substātia. Quid est hoc: non est substantia: Nūquid nā ipse limus nō est substantia: An ego inhęrens factus sum non esse substātia: Quid est ergo: infixus sum: Nūquid nam sic hęsit
Job.9. christus: An vo hęsit: An nō: sicut dictū est in libro
Thess.27. Job: Terra tradita est in manus impij: An pus infixus est: qz teneri potuit: ⁊ ipsaꝫ crucifixionē habebat: Nisi em̄ clauis fixus esset: crucifixus non esset. Unde ḡ: nō est substātia: An limus ille non est
E substātia: Intelligam⁹ ḡ si potuerimus quid sit ⁊ nō est substātia: si p̄us intellexerim⁹ quid sit substantia. Substātia quippe dicit ⁊ diuitiarū: p̄m quā dicim⁹: habuit substantiā et p̄didit substantiā. Sed nūquid hoc putabim⁹ hic dictū esse: ⁊ nō est substātia: id est nō sunt diuitię: quasi modo aliqđ de diuitijs ageret: aut aliqua ḡstio de diuitijs haberet: An forte qz ille ipse limus pauptas erat: ⁊ diuitię nō erūt nisi quādo ętemitatis pticipes effecti fuerimus: Tūc sunt em̄ verę diuitię quādo nobis nihil deerit. Potest etiam p̄m hui⁹ verbi intellectū accipi sensus iste vt diceret: Infixus sum in limo pfundi: ⁊ nō est substātia: id est ad pauptatē pueni. Nam hic dicit: Paup ⁊ dolens ego sum. Dicit ⁊ aplus: Quoniā ꝓpter vos pauper factus ē cū esset dives: vt illi⁹ inopia vos ditaremī. Ergo pauptatē suam volēs dns nobis cōmendare: fortasse dixerit: Non est suba. Ad summā em̄ pauptatem peruenit quādo formā serui se induit. Diuitię
Phil.2. eius quę sunt: Qui cū in forma dei esset: nō rapinam arbitrat⁹ est esse se equalē deo. Hę magnę incompabilesqꝫ diuitię. Unde ergo ista pauptas: Quia semet
Ibidem. ipm exinaniuit formā serui accipiēs: in similitudinē hominū factus: ⁊ habitu inuētus vt hō: hūiliauit se fact⁹ obediēs vsqꝫ ad mortē: vt diceret: Introierunt aquę vsqꝫ ad aiaꝫ meā. Adde sup mortē: Quid amplius additur⁹ eis: Ignominiā mortis. Ideo sequit: Mortē autē crucis. Magna pauptas: sed hinc erūt magnę diuitię: quia sicut impleta est pauptas eius: ita ⁊ implebunt diuitię nr̄ę de pauptate ipsi⁹. Quātas diuitias habet vt de sua pauptate nos diuites faceret: Quales factur⁹ est de diuitijs suis: quos diuites fecit de paupertate sua: Infixus sum in limo
F pfundi: ⁊ nō est substātia. Intelligit alio mō substā
2.sen.dis.37.In hoc autē. tia: illud qđ sum⁹ quicqđ sum⁹. Sed ad hoc intelligēdū: est aliquāto difficili⁹: q̄qꝫ res vsitatę sint. Sed qz inusitatū verbū est: indiget cōmendatiōis ⁊ expo
2.sen.dis.37.In hoc. sitiōis aliquātulę: Cui tū si intēti fueritis: fortassis in ea nō laborabim⁹. Dicit hō: dicit pecus: dicit terra: dicit cęlū: sol: luna: lapis: mare: aer: oīa ista substātię sūt: eo ipso q̄ sūt. Naturę ipę: subę dicunt. Deus est
1.sen.dis.33.De rū tamē. quędā suba: Mā qđ nulla substātia est: nihil oīno ē. Substātia ḡ aliquid esse est. Uñ etiā in fide catholica cōtra venena quorūdā hęreticoꝝ sic ędificam⁹: vt dicam⁹ patrē ⁊ filiū et spm̄sanctū vnius substātię esse. Quid est vni⁹ substātię: Verbi gratia: Si aurū est pater: aurū ⁊ fili⁹: aurū ⁊ spūssanct⁹. Quicqđ est pater qđ deus est: hoc ē fili⁹: hoc spūssanct⁹. Cū aūt pr̄ ē: nō illud est qđ illud ē. Pater em̄ nō ad se: sed ad
1.sen.dis.33.Et his verbis.⁊ ca. Nos autē. filiū dicit. Ad se aūt deus dicit. Itaqꝫ eo qđ deus ē: hocipso suba ē. Et qz eiusdē subę fili⁹: pculdubio et filius de⁹. At vo qđ pater ē: qz nō substātię nomē ē: sed refert ad filiū: nō sic dicimus filiū patrē esse: quō dicim⁹ filiū dei esse. Queris qđ sit pater: Respon
1.sentē.dis.34.⁊ Nō ergo p̄m.cir ca finē. deket deus. Queris qđ sit filius: Rndet deus. Queris qđ sit pater ⁊ filius: Rndet deus. De solo patre interrogat⁹: dei respōde. De solo filio interrogat⁹: dei respōde: De vtroqꝫ interrogat⁹: nō vos: ꝑ dei responde. Nō sicut in homib⁹: Queris qđ sit pater abraam: respōdet hō: substātia eius respōdet. Queris qđ sit fili⁹ ei⁹ isaac: Respōdet homo. Eiusdē substātię abraam ⁊ isaac. Queris qđ sit abraam ⁊ isaac: Non respōdet homo: sed homies. Non sic in diuinis. Tanta em̄ ibi ē substātię societas: vt equalitatē admittat: pluralitatē non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit: cum dicis mihi filium hoc esse quod pater est: pfecto ⁊ filius pater est: responde: p̄m substātiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est: non p̄m id quod ad aliud dicit. Ad se enim deus dicit: ad patrem filius dicit. Rursusqꝫ pater ad se deus dicitur: ad filium pater dicit. Nō dicit ad filiū pater: nō est filius: Nō dicit fili⁹ ad patrē: nō est pater. Nō dicit

ad se pater ⁊ filius ad se: hoc ē pater ⁊ filius: idē ꝛc.

G Quid est ergo: non est substantia: Scōm hūc intellectū substātię: quomō poterim⁹ intelligere istā psalmi sententiā: Infixus sum in limo pfundi ⁊ non est substātia: Deus fecit hominē: substantiā fecit. Atq; vtinā maneret in eo qō ꝛc⁹ fecit. Si maneret homo in eo qō fecit ꝛeus: nō in illo infixus esset quem ꝛeus genuit. Porro aūt qz p iniquitatē homo lapsus est a substantia in qua fact⁹ est: Iniquitas quippe ipsa nō est substātia. Non eñ iniquitas est natura quā fecit ꝛeus: sed iniquitas est puersitas quā fecit hō. Venit filius dei ad limū ꝓfundi ⁊ infixus est: et non erat substātia in qua infixus est: qz in iniqtate illoꝝ infixus est. Infixus sum in limo ꝓfundi ⁊ nō est substantia. Oia per ipm facta sunt: et sine ipso factū est nihil. Naturę omnes p ipm factę sūt: iniqtas p ipm facta nō est: qz iniqtas facta nō est. Substantię illę p eū factę sunt: ḡ laudāt eū. Uniuersa creatura laudās ꝛeū: a tribus pueris ī camino cōmemorat: ⁊ a terrenis ad celestia: vel a celestibus ad terrena hymn⁹ laudantiū ꝛeū puenit: non quo cūcta ista habeant sensū laudandi: sed qz cūcta bene cogitata laudē pariunt: ⁊ implet coꝛ cōsideratione creaturę ad eructandum hymnū creatoꝛi. Laudāt omnia ꝛeum: sed quę fecit ꝛeus. Nūquid in illo hymno aduertistis qō auaricia laudet ꝛeū: Laudat ibi ꝛeum ⁊ serpens: auaricia nō laudat. Omnia quippe repentia nominata ibi sunt in laudem dei. Nomiata sunt oia repentia: sed nō sunt ibi notata aliqua vitia. Vitia eñ ex nobis ⁊ ex nostra volūtate habemus: ⁊ vitia nō sunt substātia. In his infixus est dñs: quādo pcutionē passus est in vitio iudęoꝝ: nō in substātia hominū quę p illū facta est. Infixus sum inquit in limo ꝓfundi: et nō est substātia: Infixus sum ⁊ nō inueni qō feci. ¶ Veni in altitudinē maris: et tempestas demersit me. Gratias ipsius misericoꝛdię qui venit in altitudinē maris: et glutiri a marino cet⁹ dignatus est: sed euomitus est tertio die. Venit in altitudinē maris ī qua altitudine nos ꝛepssi eramus: in qua altitudine nos naufragiū passi eram⁹. Venit illuc ipe: et tempestas demersit illū: quia fluctus ibi passus est ipsos homines: tempestates: voces dicentiū: Crucifige: crucifige: dicente pilato: Nō inuenio causam vllam in hoc homine quare occidēdus sit. Inualescebāt voces dicentiū: Crucifige crucifige. Augebat tempestas donec demergeret qui venerat in altitudinē maris: Et passus est dñs inter man⁹ iudęoꝝ: qō nō est passus cū sup aquas ambularet: Qō nō solū ipe passus nō erat: sed nec petrū pati pmiserat. Veni in altitudinē maris: ⁊ tempestas demersit me. ¶ Laboraui clamans: rauce factę sūt fauces meę. Hoc vbi: Hoc quādo: Interrogemus euāgeliū. Passionem quippe dñi nostri ī hoc psalmo cognoscim⁹: Equidē passum eum nouimus: intrasse aquas vsq; ad animā eius: qz ipli ꝓualuerūt vsq; ad moꝛtē eius. Legim⁹: credimus tempestate illū demersum esse: qz ꝓualuit seditio ad eum occidendū. Agnoscim⁹ verū esse: laboraſſe eū clamādo: ⁊ raucas factas esse fauces illi⁹: non solū nō legimus: sed etiā ꝺ legimus: qz nō respondebat eis verbū: vt impleret qō ī alio psalmo dictū est: Factus sum quasi homo nō audiēs: ⁊ nō habēs in oze suo redargutiones. Et qō in Esaia ꝓphetatū est: Sicut ouis ad ūmolandū ductus est: ⁊ sicut agn⁹

Heñ.2. 2.sen.dis.37.In hoc.

Heñ.3.

Job.j. 2.sen.dis.37.In hoc.

2.sen.dis.37.In hoc.circa fi.

Job.j9.

Matth.27.

Psa.37.

Esa.53.

coram tondēte se: sic nō aperuit os suū. Si factus ē sicut homo nō audiēs ⁊ nō habēs ī oze suo redargutiones: quomō laboꝛauit clamās: et raucę fāctę sūt fauces eius: An ideo iam tūc tacebat: qz rauc⁹ erat: q̄ sine causa tm̄ clamauerat: Et illā quidē eius vocē ꝛe psalmo quodā in cruce nouimus: Deus me⁹ de⁹ Psa.21. meus vt quid me ꝛereliqsti: Sed quāta illa vox fuit aut q̄ diuturna vt in ea raucę factę essent fauces ei⁹: Diu clamauit: Ue vobis scribę et pharisęi. diu clamauit: Ue mūdo ab scandalis. Et reuera quodāmō rauc⁹ clamabat: ⁊ ideo nō intelligebat qū dicebāt iudei: Quid est qō dicit: Durus est hic sermo: qs pōt Job.6. illū audire: Nō scimus quid dicat. Ille oīa verba dicebat: sed illis raucę fuerūt fauces eius: q voces eius nō intelligebāt. Laboꝛaui clamans: raucę factę sunt fauces meę. Defecerūt oculi mei †ab sperādo ps. toā spem in deum meū. Absit hoc vt a psona capitis accipiat: Absit vt deficerēt oculi ei⁹ ab sperando in ꝛeū eius: in quo magis deus erat mūdū recōciliās sibi: ⁊ qui verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis: vt non solum ꝛeus in illo esset: sed etiā ipe ꝛeus esset. Nō ḡ ita: nō ipsi⁹ capitis nostri oculi defecerūt ab sperādo in ꝛeū eius: sed defecerūt oculi eius in coꝛpe eius: id est in membꝛis eius. Hęc vox membꝛoꝝ est: hęc vox coꝛporis est: non capitis. Quomō eam ergo in eius coꝛpoꝛe membꝛisq; inuenim⁹: Quid aliud dicā: quid aliud cōmemorē: Quādo passus est: qñ moꝛtuus ē. oñs discipuli desperauerūt qō ipe esset chr̄ist⁹. Et la Luc.24. trone apli victi sunt: qui tūc credidit quādo illi defecerūt. Vide membꝛa eius desperātia: attende duos illos quos post resurrectionē inuenit in via colloquē Luc.24. tes secū: quoꝝ vnus erat cleophas: quando detinebant oculi eoꝝ ne eum agnoscerent. Quō eñ oculis agnoscerēt a quo mente titubabant: Factū erat aliquid in oculis eoꝝ simile mentis ipsoꝝ. Loquebant eñ inter se: et cū ab eo cōpellerent vnde loquerent: respōderūt: Tu solus pegrin⁹ es in hierlm: ⁊ nescis ḡ facta sunt: quō iesus nazarenus potēs ī factis ⁊ doctis: occisus est a seniꝛibus ⁊ pncipibus sacerdotū: Ibidem. ⁊ nos sperabam⁹ qō ipse erat redēptur⁹ israel. Speꝛabant ⁊ nō sperabāt. Defecerūt oculi eoꝝ ab sperādo ī ꝛeū ipoꝝ. Ipsos ḡ i se trāsfigurauit dicēdo: Defecerūt oculi mei ab sperādo ī ꝛeū meū. Hāc spē redidit qñ cicatrices palpādas obtulit: qs cū teneret thomas redijt ad spem quā pdiderat et exclamauit: Dñs me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. Defecerūt oculi tui ab sperādo Job.20. in ꝛeū tuū. Palpasti cicatrices: ⁊ inuenisti ꝛeū tuū. Palpasti fozmā fui: ⁊ coḡuisti dñm tuū. Tui tū ipse dñs ait: Quia vidisti: credidisti. Et nos ꝓnuncians Ibidem. vasa misericoꝛdię sug: Beati inquit qui nō vident et credūt. Defecerūt oculi mei ab sperādo in ꝛeū meū. ¶ Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Oꝛ multiplicati Matth.26. sunt sup capillos capitis mei qui oderūt me gratis. Capillis capitis sui cōparauit inimicos suos. Memꝛa vocē hanc: discāt odio haberi gratis. Jā eñ si necesse est chr̄istiane vt mūdus oderit te: gre nō facias vt gratis te oderit: vt in coꝛpe dñi tui: ⁊ in ꝺ psalmo te illo ꝓmisso agnoscas vocem tuā: Quō fiet vt oderit te mūdus gratis: Si nihil cuiq; noceas: ⁊ sic odio habearis. Hoc est eñ gratis: sine causa. Parū

ce positū est θυμος: diuerse interpretati sunt nostri. Nam vbi greci codices habent ὀργὴ: ibi iram latine dicere nullus fere dubitauit interpres. Ubi autē θυμος positum est: plerięqꝙ non putauerunt iram esse dicendā: cum magni auctores latinę eloquentię de philosophoꝝ grecorū libris: etiā ꝟ irę nomīe verterint in latinū: Necqꝙ de hac re diutius disputandū est: Cui tamē si ⁊ nos aliud nomē adhibere debem⁹: tolerabilius indignationē dixerim qꝙ furorem. Furor quippe sicut se latinū habet eloquiū: nō solet esse
1. Cor. 2. sanorum. Quid ergo est: in me cōfirmata est ira tua: nisi quēadmodum illi putauerūt: qui dominū glorię non cognouerunt? Apud eos enim sic erat: q̄ ira dei nō solum cōmora verū etiam cōfirmata fuerit super eum: quē vsqꝙ ad mortem: nec qualibet mortem: sed quā execrabilius ꝓ cęteris habebant: id est vsqꝙ ad mortē crucis ꝓducere potuerūt. Unde dicit apl⁹ Christus nos redemit de maledicto legis: factus ꝓ
Gal. 3. nobis maledictū. Scriptū est em: Maledictus om-
Deut. 21. nis homo qui pendet in ligno. Et ideo cum eius obedientiā vsqꝙ ad extremā humilitatē cōmendare vellet: humiliauit inquit semetipsum: factus obediens
Phil. 2. patri vsqꝙ ad mortē. Qđ cum parum videret: adiecit: mortem autē crucis. Propter hoc quātum mihi videt: etiam in isto psalmo talis versus sequitur. Et
oēs suspensiones tuas: Uel sic quidā sunt interpretati: Omnes fluct⁹ tuos: Aut sicut alij: Omnes elationes tuas super me induxisti. Scriptū est ⁊ in alio psalmo: Omnes suspēsiones tuę: et fluctus tui: super me ingressi sunt: Uel sicut quidam melius transtulerūt: Super me transierunt. Ῥήλθον em est in greco non ἰσηλθον. Ubi ergo vtrūqꝙ positū

est:et suspensiones et fluctus:nō ibi potuerūt ꝑ su/
spēsionibus fluctus poni. Quę duo sic exposuim⁹:
vt suspensiones diceremus cōminationes: fluctus
autem iam ipas passiones: Quę vtraq; venīūt de iu
dicio dei. Sed illic dictuz est: Omnes sup me trāsie/
runt: hic vero super me omnes induxisti. Illic ergo
et si quędam acciderūt: omnia tamen mala quę illis
verbis intelligi voluit: super me transierunt dixit:
hic vero super me induxisti. Transient enim siue q̄
sicut fluctus. Cum autem: nō ait: omnes suspensio/
nes super me transierūt: sed super me induxisti: oīa
quę impendebant euenisse significat. Impendebāt
autem q̄diu in ꝓphetia futura imminebāt omnia q̄
de illius passione prędicta sunt. ¶ Longe: inquit:
fecisti notos meos a me. Si eos quos nouerat
acceperimus dictum esse notos meos: omnes erūt.
Nam quem ille non nouerat: Sed eos dicit notos
quibus et ipe notus erat quantū eum tunc nosse po
tuerunt: certe vel hactenus q̄ sciebant eum innocen
tem: etiam si hominē tm̄modo et nō deum putabāt:
Matth.7. ḡuis et bonos quos ꝓbaret hic notos dicere po/
tuerit: sicut malos quos improbaret ignotos: qui/
bus in fine dictur⁹ est: nō noui vos. Quod vero ad/
iungit: Posuerūt me abominationem sibi:
Possunt et illi quidē intelligi quos notos sibi dixit:
q̄ et ipsi genus illius mortis horrebant: Sed me/
lius intelligitur de his de quibus suis psecutoribus
Matth.26. superius loquebatur: ¶ Traditus sum: inquit: et
non egrediebar. Utrum quia foris erant disci/
puli eius quādo ipe iustus iudicabatur: an pot⁹ nō
egrediebar altius dictum debem⁹ accipere: id est in
Et tangue/ interioribus meis latebam: nō ostendebā q̄s essem:
runt pre. nō prolabar: nō manifestabar: Et ideo sequitur.
L Oculi mei infirmati sunt ab inopia. Nam
quos eius oculos intellecturi sumus: Nam si exte/
riores in carne in qua patiebatur positos: non eos
in eius passione legim⁹ infirmatos ab inopia: id est
tāq̄ fame (vt assolet) lāguisse. Post cenā quippe tu/
am traditus: et eodem die crucifixus est. Si interio/
res: quomō infirmati sunt ab inopia: cum i eis esset
lux indeficiēs: Sed nimirum oculos suos dixit mē/
bra: quę in suo corpore cui caput est ipse clariora et
1.Cor.12. eminentiora et precipua diligebat. De quo corpo/
re apostolus loquens: et de nostro corpore similitu/
dinem adhibens: ait: Si totum corpus oculus: vbi
auditus: Si totum corpus auditus: vbi odoratus:
Si fuissent omnia vnū membrū: vbi corpus: Nūc
autem multa membra: vnum autem corpus. Non
potest dicere oculus manibus: opus vobis non ha
beo. Et si dixerit manus: quia non sum oculus: non
Ibidem sum de corpe: nō ideo nō est de corpore: Quid au/
tem his verbis vellet intelligi: euidentius expressit
Matth.16. dicens: Vos autem estis corpus christi et membra.
Quapropter et illi oculi: id est sancti apostoli quib⁹
non reuelauerat caro et sanguis: sed pater eius qui
in celis est: vt petrus diceret: Tu es christus filius
dei viui: videntes eum tradi ac tanta perpeti mala:
quoniā nō eum videbant qualem volebant: quia nō
egrediebatur: id est nō manifestabatur in virtute et
potentia sua: sed in suis interioribꝰ occultis: omnia
quasi supatus atq; impotens sufferebat: infirmati
sunt ab inopia velut subtracto sibi cibo suo: lumine
suo Et† exclamauit: inq̄t: ad te domine. Hoc Ar.† clamant
quidem et apertissime fecit cum penderet in ligno. Ad
Sed quod sequitur. Tota die† expādi manus Ar†. extendi
meas ad te. Quō oporteat accipi: merito quęri/
tur. Si enim in eo quod ait: expandi manus meas:
crucis patibulū intellexerim⁹: quomodo intellectu/
ri sumus: tota die: Nunquid tota die pepēdit in li/
gno: cum et nox ad totum diem pertineat: Si autē
hoc loco diem voluit intelligi: qui ꝑ noctem dies
appellari solet: etiam talis diei quando crucifix⁹ est:
iam pars prima et nō parua transierat. Si autē di/
em pro tempore positum velimus accipere: maxi/
me quia hoc nomē genere fęminino posuit: quod in
latino eloquio nō nisi temp⁹ significare solet: ḡuis
in greco non ita sit: semper quippe in ea lingua dies
fęminino genere dicit: et ideo nostros sic interpre/
tari puto: artius quęstio colligabit. Quomodo em̄
toto tempore: si nec saltem vno toto die manus ex/
tendit in cruce: Pro si totum ꝑ parte accipiendū
esse dicamus: quia isto genere locutionis vti etiam
sancta scriptura cōsueuit: nō mihi occurrit exemplū
totum pro parte etiā tunc posse accipi: qñ ipsum ver
bum additur: et dicitur totū. Nam et in eo quod di
xit dominus in euangelio: Sic erit et filius hominis Matth.12.
in corde terre tribus diebus et tribus noctib⁹: ideo
totum pro parte nō insolēter accipitur: quia nō ait:
totis tribus diebus: et totis tribus noctib⁹. Unus In epłari.12.l.
quippe medius fuit totus dies: duorum autem par/
tes: primi vltima: vltimi prima. Si autē nō crucem
suam in hac ꝓphetia psalmi significauit his verbis:
sed orationē quā eum ex forma serui fudisse deo pa/
tri euāgelio teste didicimus: vbi eum et longe ante
passionē et sub die passiōis: et i ipa cruce orasse me/
minimus: nusq̄ ꝑ eū tota die fecisse legim⁹. Proin/
de cōuenienter ꝑ extentas man⁹ tota die cōtinuatio/
nē bonorū operum intelligere possum⁹: a quorum
nunq̄ intentione cessauit. Sed quia solis ꝑdestina/
tis in eternā salutem: nō autē omnibus hominib⁹:
nec ipis inter quos facta sunt ei⁹ bona opa ꝓfuerūt.
Ideo cōsequenter adiecit. ¶ Nunquid mortuis M
facies mirabilia: Hoc em̄ si de his dictum pu/
tauerim⁹ quorū caro exanimis facta est: magna mi/
rabilia facta sunt mortuis: cum quidā eoꝝ etiam re/ Matth.27.
uixerūt: Et q̄ dfis penetrauit inferna: atq; inde mor
tis victor ascendit: magnū mortuis miraculū factū
est. Significat ergo isto verbo quo ait: Nūq̄d mor
tuis facies mirabilia: homīes corde ita mortuos: vt
eos ad vitā fidei tāta christi mirabilia nō mouerent.
Neq; em̄ ꝓpterea dixit nō eis fieri mirabilia: q̄ nō
ea vidēt: sed q̄ nō eis ꝓsunt. Nā sicut hic ait: Tota
die expandi man⁹ meas ad te: q̄ oīa opa sua nō ni/
si ad voluntatē patris referat: sępissime se cōtestans
ideo venisse: vt voluntatē ꝑris impleret: ita q̄ eadē Joh.6.
opera etiā infidelis popul⁹ vidit: alⁱ ꝓpheta dicit:
Tota die expandi man⁹ meas ad populū nō credē/ Esa.56.
tem et ꝓtradicentē. Ipi sunt mortui q̄bus nō sunt fa
cta mirabilia: nō q̄ ea nō viderūt: sed q̄ ꝑ ea nō reui/
xerūt. Qd aūt seq̄t: Aut medici† exuscitabūt: Ar.† suscitabūt
et cōfitebunt tibi. Id est q̄ nō a medicis exusci/ O
tabunt homines vt ꝓficeant tibi: i hebreo q̄dē aliter se
hꝫ firmat. Non em̄ medici ꝑ gigātes esse ꝓhibent.
Uerū septuaginta interꝑtes q̄rū auctoritas tāta ē:
vt nō immerito ꝓpter mirabilē consonantiā diuino

spiritu interpretati esse credantur: de vocis similitudine qua in hebrea lingua gigantes et medici pene eodē modo sonant: et exigua differentia distinguantur: nō errore sed potius occasione: quō isto loco accipiendi essent gigātes significare voluerūt. Si eīm superbos gigantū nomine insinuatos intelligam⁹:

1. Cor. j. de q̄bus dicit aplūs: Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi conquisitor huius⁹ seculi: nō fuit incōgruū eosdē medicos nuncupari: velut p artē sapiētię suę ꝓmittentes animarū salutē. Contra quos dicitur: dñi est salus. Si aūt in bono acceperim⁹ gigātes: quia et de ipo dño

Ps. 18. dictū est: Exultauit vt gigas ad currendā viā: q̄ ita sit gigas gigantū magnor scz et fortissimorū: qui in ei⁹ ecclesia spirituali robore excellūt: sicuti est mōs

Esa. 2. montiū: q̄ de illo scriptū est: Erit in nouissimis temporibus manifestus mons dñi parat⁹ in cacumine

Dan. 9. montium: sicut etiam sanctussanctorū: nō est absurdum vt idē ipi magni et fortes etiā medici vocentur.

Roma. 11. Unde dicit aplūs paulus: Si quō ęmulari potero carnem meā: vt saluos faciam aliquos ex illis. Sed etiā

P tales medici q̄ibus nō de suo curent: quia nec medici corporis curāt de suo: tñ q̄tumlibet per fidele ministeriū opitulent saluti: viuētes curare possunt: non mortuos excitare: De quib⁹ dictū est: Nūq̄d mortuis facies mirabilia: Nimis eīm occulta dei gratia est: qua hominū mentes quodammō reuiuiscūt vt possint a quibuslibet eius ministris p̄cepta sanitatis audire. Quā gratiā cōmendat in euangelio dñs

Joh. 6. dicens: Nemo pōt venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Et paulopost apertius hocip̄m repetens ait:

Ibidem Uerba q̄ ego locutus sum vobis: spirit⁹ et vita sunt: sed sunt quidā ex vobis qui nō credunt.

Ubi s. Deinde interponit euangelista: Sciebat eīm ab initio iesus qui essent crediturī: et quis traditur⁹ esset eum. Et secutus atq̄ ipius verba dñi cōiungens dicebat: Propterea dixi vobis q̄ nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo. Supra dixerat: Sed sunt q̄dā ex vobis qui nō credunt: Et tāq̄ hui⁹ rei causam exponēs: Propterea inq̄t dixi vobis: quia nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo: vt ostenderet eamip̄am fidem qua

4. sen. dis. 18. b querit. in fine credit: et ex morte suī cordis aīa reuiuiscit: dari nobis a deo. Quantūlibet ergo existant excellētes verbi p̄dicatores et veritatis: etiaz per miracula sua fortes: tāq̄ magni medici agant cum hominib⁹: si mortui sunt: et tua gratia nō reuixerint: nunq̄d mortuis facies mirabilia: aut medici exuscitabūt: et hi quos exuscitabūt cōfitebuntur tibi: Hęc enim cōfessio in-

Eccl. j7. dicat viuos: nō sicut alibi scriptū est: A mortuo velut q̄ nō sit perit cōfessio. ¶ Nunquid †enarra-

Al. †narrabit aliquis. bit quis in sepulchro misericordiā tuaz: et veritatē tuā in perditione? Subaudit q̄ō supra dictū est: vt etiaz iste versus ita se habeat acsi dictum sit: Nunq̄d enarrabit quis veritatē tuā in p̄ditione? Misericordiā quippe et veritatē amat scriptura cōiungere: maxime in psalmis. Q̄ō vero ait in p̄ditione: alio verbo repetiuit q̄ō supra dixerat: in sepulchro. Sic eīm dictū est: i sepulchro: vt intelligāt hi q̄ sunt in sepulchro: q̄ et superius significati sunt noīe mortuorū: vbi ait: Nunq̄d mortuis facies mirabilia? Animę nāq̄ mortuę: corpus sepulchrū est.

Matth. 23. Unde dñs in euāgelio talibus dicit: Similes estis sepulchris dealbatis: q̄ foris apparent hominib⁹ speciosa: intus vero plena sunt ossib⁹ mortuor et omni spurcitia. Sic et vos aforis quidē apparetis hominibus iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi et iniquitate. ¶ Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua i terra †oblita? Quod est in tenebris: hoc est: in terra oblita. Infideles enim significant nomine tenebrarū. Hinc dicit apostolus: Fuistis enim aliquādo tenebre. Sic Ephes. 5. et terra oblita: homo est qui oblitus est deum. Potest nāq̄ anima infidelis vsq̄ ad tantas tenebras peruenire: vt dicat stultus in corde suo: nō est deus. Tob. 13. tus ergo iste sensus ita cōtinuat atq̄ cōtexitur. Clamaui ad te dñe inter passiones meas: tota die expandi manꝰ meas ad te: id est nō destiti ad te glorificandum extēdere opera mea. Cur ergo impij in me seuiunt: nisi quia mortuis nō facies mirabilia? Id est nō eis cōmouentur ad fidem: nec medici eos exuscitabunt vt cōfiteantur tibi: in quibus occulta gratia Job. 6. tua nō operatur qua trahunt vt credant: quia nemo venit ad me: nisi quem tu attraxeris. Nam q̄s narrabit in sepulchro misericordiam tuam: id est animę mortuę: cuius⁹ mors iacet sub corporis pondere: Et veritatem tuam in perditione: hoc est in tali morte nihil bonum valenti credere atq̄ sentire? Nunquid enim in tenebris huius mortis: hoc est in homine q̄ te obliuiscendo vitę lumen amisit: tua mirabilia aut iusticia cognoscentur? Occurrebat autē quęstio quis-

S nam sit vsus istorum mortuorum: quid ex his agat deus ad vtilitatē corporis christi quod est ecclesia: vt in eis demonstretur quę sit dei gratia in p̄destinatis: qui ꝑm ꝓpositum vocati sunt. Unde ipm corpus in alio psalmo dicit: Deus meus misericordia Ps. 58. eius p̄ueniet me. Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis. Ergo et hic sequitur ac dicit. ¶ Et ego ad te domine clamaui. In quibus verbis iam intelligendus est dominus christus ex voce corporis sui loqui: id est ecclesię. Quid est enim: et ego: nisi quia fuimus et nos aliquando natura filij irę: Eph. 2. sicut et ceteri? Sed ad te clamaui vt saluus essem. Quis enim me discernit ab alijs filijs irę: cum apostolum audiam ingratos terribiliter increpātem ac 1. Cor. 4. dicentē: Quis enim te discernit? Quid autē habes quod nō accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis? Domini est salus. Gigas autem in multitudine virtutis suę nō erit saluus: sed sicut scriptū est: Qui inuocauerit nomen domini: sal- Roma. 10. uus erit. Quō autē inuocabūt i quē nō crediderūt? Aut quomodo credent ei quē nō audierunt? Aut quomodo audiēt sine p̄dicante? Aut quomodo p̄dicabūt nisi mittant? Sicut scriptū est: Q̄ speciosi pedes Ibidem eorū q̄ annunciāt pacē: q̄ annunciāt bona. Ipi sunt medici curantes a latronib⁹ sauciatum: sed dñs per- Luce. 10. duxit eum ad stabulum: quia ipi sunt etiam operantes in agro dominico: Nec tamen qui plātat est aliq̄d: aut qui rigat: sed qui incrementum dat deus. 1. Cor. 3. Ideo et ego ad dominū clamaui: hoc est dominū vt saluus essem inuocaui. Quomodo autem inuocarē: nisi crederez? Quomodo crederē: nisi audirē? Sed Roma. 10. vt audita crederem ipe me attraxit: quia i occulto a morte cordis nō quilibet medicus: sed ipe excitauit. Ibidem Nāq̄ multi audierūt: quia in omnē terram exiuit so- nus eorū: et in fines orbis terrę verba eor. Sed nō 2. Thes. 3. omniū est fides: Et nouit dñs qui sunt eius: Ie per

hoc nec credere potuissem nisi me dei misericordia
Roma.4. ꝓueniſſet: Et qz mortuos ſuſcitat: ⁊ vocat ea q̃ nõ
T ſunt: tãq̃ ea q̃ ſunt: me in occultis vocando et ſuſci-
tando: et trahendo a tenebris eduxiſſet: et ad lumen
fidei pduxiſſet. Jdeo ſeq̃ſ. Et mane oratio mea
ꝓueniet te. Jam mane poſtea q̃ nox infidelita
tis ⁊ tenebre tranſierũt. Ad mane vt mihi eſſet: mi-
ſericordia q̃dem tua p̃uenit me. Sed quia reſtat illa
1.Cor.4. clarificatio: vbi illuminabunt occulta tenebrarũ: et
manifeſtabunt cogitatiões cordis: et tunc laus erit
vnicuiq̃ a te: nũc aũt in iſta vita: in iſta pegrinatiõe:
in hac luce fidei: q̃ in cõparatione tenebrarũ infide-
lium iam dies eſt: ſed in cõparatione diei: vbi vide-
bim⁹ facie ad faciẽ: adhuc nox eſt: adhuc oratio mea
ꝓueniet te. Vt aũt iſta feruescat ⁊ exerceat oratio
q̃ nobis quantũ expediat nullis vt opinor verbis
explicari põt: differt bonũ q̃ ẽternũ dabit: ⁊ ma
la trãſitoria crebreſcũt. Jdeo ſequit.
Ps.87. repellis ¶ Ut q̃d do
mine repulisti orationẽ meã? Hoc ⁊ illis ver-
bis dictũ eſt: Deus deus meus reſpice in me: vt q̃d
me dereliquisti? Cauſa cognoſcẽda ꝓpoſita eſt: non
tãq̃ ſine cauſa hoc faceret dei occulta ſapiẽtia: ita et
hic: Ut q̃d dñe repulisti orationẽ meã? Vul⁹ tñ rei
cauſa ſi diligẽter aduertat: iam ſuper⁹ indicata eſt.
Ad hoc em oratio ſanctoꝝ dilatione tanti beneficij
⁊ tribulationũ aduerſitate quaſi repellitur: vt tanq̃
ignis flatu repercuſſus inflãmet ardẽtius. Exequit
itaq̃ bzeuiter etiã tribulatiões corpis chriſti. Neq̃
em in ſolo capite factę ſunt: cum et ſaulo dictum ſit:
Act.9. Quid me pſequeris: et ipe iam paulus tanq̃ electũ
membrũ in eodẽ corpore poſitus dicat: vt ſuppleam
Et deficientis. que deſunt paſſurarũ chriſti in carne mea. Ut q̃d q̃
†Pauper. a me? †Inops ſum ego ⁊ laborib⁹ q iuuẽ
tute mea: exaltatus aũt humiliatus ſum et
cõturbatus. In me tranſierũt ire tue: ⁊ ter
rores tui cõturbauerũt me. Circũdederũt
me ſicut aqua tota die: circũdederunt me
ſimul. Elongaſti a me amicũ et ꝓximum
et notos meos a miſeria. Cõtigerunt et cõtin-
gunt omnia hec in mẽbris corporis chriſti: et auer-
dit deus ab orantibus faciem: nõ exaudiendo ad id
quod volũt: q̃ ſibi neſciunt nõ expedire q̃ petũt.
Et inops eſt eccleſia cuꝝ eſurit et ſitit: peregrina vñ
Ps.128. ſatietur in patria: et in laboribus eſt a iuuẽtute ſua.
Ipm em corp⁹ chriſti et in alio pſalmo dicit: Sepe
expugnauerũt me a iuuentute mea. Et ad hoc exal-
tantur etiã in ſeculo iſto quędã mẽbra eius: vt in eis
ſit maior humilitas: et ſuper ipm corpus: id eſt vni-
tatem ſanctorũ atq̃ fidelium cui caput eſt chriſtus:
Joh.3. tranſeunt ire dei: nõ autẽ manẽt. Quia nõ ꝛ fideli:
ſed ꝛ infideli dictũ eſt: Ira dei manet ſup eũ. Et ter-
rores dei cõturbant infirmitatẽ fideliũ: qz omne q̃
accidere põt etiã ſi non accidat prudenter timet. Et
aliq̃n terrores ipi ita cõturbant animũ cogitãtis cir
cumpendentib⁹ malis: vt ſicut aqua vndiq̃ cõflue-
re videat: ⁊ ſimul circũdare meruentẽ. Et qz eccleſię
in hoc mundo pegrinanti iſta nõ deſunt: dum modo
in his: modo in illis membris eius vſq̃quaq̃ cõtin-
gunt: ideo dixit: tota die: cõtinuationẽ ſignificans
2.Timoth.4. temporis donec finiat hoc ſeculũ. Et ſepe amici et
noti pericitantes ꝓ m ſeculũ: ſanctos formidine de-
ſerunt: de quibus dicit aplus: Omnes me dereliq
runt: non illis imputetur: Sed vt quid hec omnia:
niſi vt oratio hui⁹ ſancti: corporis mane: id eſt poſt
noctem infidelitatis in luce fidei p̃ueniat deum: do-
nec veniat ſalus illa: in cuius nondũ re: ſed iam ſpe
ſalui facti ſumus: eãq̃ cum patientia fideliter expe- Roma.8.
ctamus: vbi nec repellet dominus orationẽ noſtrã:
quoniã tunc nihil erit petendum: ſed quicquid recte
petitũ eſt obtinebũt: Nec faciem ſuam auertet a no
bis: quoniã videmus eum ſicuti eſt. Nec inopes eri
mus: quia copia noſtra ipe de⁹ erit omnia in omni-
bus: Nec laborabim⁹: qz nulla remanebit infirmi-
tas: Nec exaltati humiliabimur ⁊ pturbabimur: qz
nulla ibi erit aduerſitas: Nec ira dei vel trãſeuntẽ
ſuſtinebimus: quia in eius benignitate manẽtes ma
nebimus: Nec terrores ei⁹ nos cõturbabunt: quia
ꝓmiſſa reddita nobis obuiabũt: Nec territus lon-
ge fiet a nobis notus et amicus: vbi nullus erit qui
timeatur inimicus.

Explicit tractatus de pſ. LXXXVII.
Jncipit tractatus de pſ. LXXXVIII.

A Pſalmũ iſtum de quo loqui ꝓpoſuimus cha
ritati veſtrę: donante dño: accipite de ſpe
quam habemus in chriſto ieſu dño noſtro:
et erigite animos: quia ille qui ꝓmiſit ita cętera cõ-
pleturus eſt: vt multa cõpleuit. Dat enim nobis ad
eum fiduciã: nõ meritum noſtrũ: ſed illius miſerico
dia. Et ipe eſt quantũ arbitror Jntellect⁹ ethan
iſraelitę: Unde iſte pſalmus titulũ accepit. Audie
ras em quis homo fuerit q̃ vocabat ethan: Inter-
pretatio tñ noīs huius robuſtũ indicat. Et nemo in
hoc ſeculo robuſtus eſt: niſi in ſpe promiſſionis dei.
Quantũ em attinet ad meritа noſtra: infirmi ſum⁹:
quantũ ad eius miſericordiã robuſti ſumus. Jtaq̃
iſte infirmus in ſe: robuſtus in miſericordia dei: inde
cępit.

Sermo primus de prima pte pſalmi.

B Miſericordias tuas dñe in ẽternum
cantabo. In generatione et gene
rationẽ annunciabo veritatẽ tuam
in ore meo. Obſequant membra inquit mea: dño
meo loquor: ſed tua loquor: annunciabo veritatem
tuam in ore meo. Si nõ obſequor: ſeruus non ſum:
ſi a me loquor: mendax ſum. Ergo vt et abs te dicã:
et ego dicam: duo quędam ſunt. Unum tuũ: vnum
meum: Veritas tua: os meum. Quam ergo verita
tem annuncier: quas miſericordias cãter: audiam⁹.
Quoniam dixiſti: in ẽternum miſericor-
dia ędificabitur. Hoc cãto: hęc eſt veritas tua:
huic annunciandę ſeruit os meum: Quoniam dixi-
ſti in ẽternum miſericordia ędificabitur. Sic inquis
ędifico vt nõ deſtruam: quoniã quoſdã ſic deſtrues
vt nõ ędifices: quoſdã vero ſic deſtrues vt ędifices.
Niſi enim quidam deſtruerentur vt ędificarentur:
nõ diceretur hieremię: Ecce poſui te ad deſtructio- Hiere.1.
nem et ad ędificationẽ. Et vtiq̃ omnes qui idola co
lebant et lapidibus ſeruiebant: in chriſto non ędi-
ficarentur: niſi in priſtino errore deſtruerẽtur. Rur-
ſus niſi quidã ita deſtruerentur vt nõ ędificarẽt: nõ
diceret: Deſtrues eos et non ędificabis illos. Pro- Pſ.27.
pter eos ergo q̃ deſtruunt et ędificant: ne putarent
ędificationẽ q̃ ędificãt eſſe tẽporalẽ: ſicut tpalis fuit
ruina in q̃ deſtruũt: tenuit ſe iſte cui⁹ os ſeruit verita
ti dei ad ipam vitatẽ dei. Jõo annũciabo: ideo dico:

Quoniam dixisti: securus homo dico: quoniam tu deus dixisti: quia & si ego in verbo meo fluctuarem: verbo tuo confirmarer: Qñ dixisti. Quid dixisti:

L Aug. in cis. In ęternū misericordia ędificabit. In celis ꝓparabitur veritas tua†. Quō superius: ita in consequentibus. Misericordias tuas dñe inqt in ęternum cantabo: in generatiōe et generationē annunciabo veritatē tuā in ore meo. Dixit misericordias: dixit veritatē: ita rursus vtrūqꝫ cōiunxit: Qñ dixisti in ęternū ędificabit misericordia: in cęlis ꝓparabitur veritas tua. Et hic repetiuit misericordiā & veritatē: Uniuersę eñ vię dñi miscōia et veritas. Meqꝫ eñ exhiberet veritas in impletiōe ꝓmissoꝝ: nisi ꝑcederet misericordia in remissione pctōꝝ. Deinde qñ populo israel etiā ꝑm carnem veniēti de semine abrahę ꝓmissa erant multa ꝓphetice: et ita ille populus ꝓpagatus est in q̄ implerent ꝓmissa dei: non aūt clausit deus fontē bonitatis suę: etiaz in alienigenas gētes quas sub angulis cōstituerat: portionē sibi faciens populū israel: In hęc duoꝝ apl's distincte distribuit misericordiā dñi & veritatē. Ait eñ christus ministrū fuisse circūcisionis ꝓpter veritatē dei ad cōfirmandas ꝓmissiones patrū. Ecce qz nō fefellit deus: ecce qz nō repulit deus plębē suā quā pręsciuit. Etenim cū de casu iudęoꝝ ageret: ne qs putaret sic illos improbatos: vt nihil frumēti ex illa ventilatiōe in horreū mitteret: ait apl's: Nūquid repulit deꝰ plębē suā quā ꝑsciuit. Nā et ego israelita sum. Si totus illud spinę fuerunt: vnde hoc granū: Uobis loquor: Ergo impleta est veritas dei i his q̄ ex israelitis crediderūt: et venit vn⁹ paries ex circumcisione applicans se ad lapidē angularē. Sed ille lapis angulum nō faceret: nisi aliū parietē ex gentib⁹ suscipet. Ille itaqꝫ paries tāqꝫ ꝓprie ptinet ad veritatē: iste aūt ali⁹ ad misericordiā. Dico enī inqt iesus christū ministrū fuisse circūcisionis ꝓpter veritatē dei ad confirmandas ꝓmissiones patrū: gētes autē sup misericordia glorificare deum. Merito in cęlis ꝓparabit veritas tua. Etenim oēs illi israelitę vocati apostoli: cęli facti sunt q̄ enarrāt gloriā dei. De his cęlis dicitur: Cęli enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius annūciat firmamentum: Ut noueritis de his cęlis dici: certe de his in cōsequenti expressius dictū est: Non sunt loquelę neqꝫ sermones quorū nō audiant voces eoꝝ. Quęre quorum: non inuenies nisi cęlorum. Si ergo apostoli sunt: quoꝝ in omnibus loquelis vox audita est: ipi sunt de qbus dictū est: In omnē terram exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terrę verba eorū: Quia etsi assumpti hinc sunt añqꝫ ecclesia impleret orbē terrarū: tñ verba eoꝝ puenerūt vsqꝫ ad terminos orbis terrarū. Bene accipimus in his impletū qđ nūc legimus: In cęlis ꝓparabitur veritas tua.

D **Disposui testamentū electis meis.** Dixisti: intellexisti: hoc totū dixisti: Disposui testamentum electis meis. Quod testamentū: nisi nouū testamentum: Quod testamentū: nisi quo renouamur ad nouam hereditatē: Qđ testamentū: nisi cuius hereditatis desiderio & amore cantam⁹ canticū nouū: Disposui inqt testamentū electis meis: **Juraui dauid seruo meo.** Qz securꝰ loquit iste q̄ intelligit: cuius os seruit veritati: Qñ dixisti: securꝰ loquor. Si securū me facis qz dixisti: quāto securiorē qz iurasti: Dei qppe iuratio: promissionis est confirmatio.

Bene ꝓhibet homo iurare: ne cōsuetudine iurandi (qz pōt homo falli) etiā i piurū ꝓlabat. Deꝰ solus securꝰ iurat: qz falli nō potest. Videam⁹ ergo qđ iurauerit deꝰ. Juraui inqt dauid seruo meo: Usqꝫ in ęternū pręparabo semen tuū. Semen dauid qđ est nisi semen abrahę: Qđ aūt semen abrahę: Et semini tuo inqt qđ est christ⁹. Sed forte ille christus caput ecclesię saluator corpis: semen est abrahę: et ideo dauid, Nos aūt nō sum⁹ semen abrahę: Jimo vero sumus: sicut apl's ait: Si aūt vos christi: g abrahę semen estis: ꝑm ꝓmissionem hęredes. Sicgo hic accipiam⁹ fratres: vsqꝫ i ęternū ꝓparabo semen tuū: nō tm illā carnē christi natā ex maria virgine tuū: nō tm illā carnē christi natā ex maria virgine: sed etiā nos oēs credentes in christo. Illius enim capitis membra sumus: non pōt hoc corpus decollari. Si in ęternū caput: in ęternū gloriand et membra: vt sit ille christus integer in ęternū. Usqꝫ in ęternū ꝓparabo semen tuū: **Et ędificabo in generationē et generationē sedem tuā.** Putamus hoc dixit: in ęternū: qđ in generatiōe et generationem: qm̄ vt supra dixerat: in generatiōe et generationē annūciabo ꝟitatē tuā i ore meo. Quid est i generationē & generationē: In oēm generationē. Nō eñ totiēs repetendū erat verbū: quotiēs generatio vēit & trāsit. Ergo multiplicatio generationū i repetitione significata & cōmendata est. In forte duę generationes sunt intelligēdę sicut nostis: sicut iam insinuatum vestrę charitati retinetis: Est eñ generatio nūc carnis & sanguinis: erit generatio futura i resurrectiōe mortuoꝝ. Prędicat hic christus: ꝑdicabitur ibi. Sed hic prędicat vt credat: ibi ꝑdicabitur vt videat. Ędificabo in generationē & generationē sedē tuā. Nūc autē christus habet in nobis sedē suam: ędificata est sedes eius in nobis. Nisi eñ sederet i nobis: nō nos regeret: Si ab illo aūt nō regeremur: a nobis ipis ꝑcipitaremur. Sedet ergo i nobis regnās in nobis: sedet iam in illa generatiōe q̄ fuerit ex resurrectiōe mortuoꝝ: In ęternū christus regnabit in sanctis suis: Hoc ꝓmisit deꝰ: hoc dixit deus. Si parū est: hoc iurauit deꝰ. Quia ergo nō ꝑm merita nostra: sed ꝑm illā misericordiā firma est promissio: nemo debet cum trepidatiōe ꝑdicare: vñ nō pōt dubitare. Fiat ergo in cordibus nris robur illud vñ ethan nomē accepit robustus corde: Prędicem⁹ veritatē dei: eloquiū dei: ꝓmissa dei: iurationem dei: et his modis oi ex pte firmati ꝑdicem⁹: et pordādo deum: cęli sim⁹. ¶ **Cōfitebunt cęli mirabilia tua dñe.** Nō merita sua cōfitebunt cęli: sed cōfitebunt cęli mirabilia tua dñe. In omni eñ misericordia ꝑditor: in iustificatiōe impioꝝ: qđ laudam⁹ nisi mirabilia dei: Laudas qz resurrexerūt mortui: plus laudas qz redēpti sunt ꝑditi. Quę gra: q̄ miscōia dei: Uides hominē heri vozaginē ebriositatis: hodie ozandes hominē heri vozaginē ebriositatis: hodie ozamentū sobrietatis. Uides hoiez heri cęnū luxurię: hodie deꝰ tēperantię. Uides hominē heri blasphematozē dei: hodie laudatozē dei. Uides hoiez heri seruū creaturę: hodie cultozē creatoris. Ab istis oibus desperatiōib⁹ ita hoies ꝙuertūt: Nō respiciat ad merita sua: fiāt cęli. Cōfiteant cęli mirabilia eꝰ. a quo facti sunt cęli. Quoniam videbo inquit cęlos ꝑs. 8. opera digitoꝝ tuoꝝ. Cōfitebuntur cęli mirabilia tua domine. Et vt noueritis: quia cęli cōfitebuntur: videte vbi cōfiteantur. Sequitur eñ, †Et veritā- Ps. Eno

tem tuã in ecclesia sanctoꝝ. De cęlis ergo nulla dubitatio est: qꝝ intelligant ꝓdicatores verbi veritatis: Et vbi cõfitebũt cęli mirabilia tua et veritatẽ tuaz: In ecclesia sctoꝝ. Excipiat ecclesia rorẽ cęlorum: sitienti terrę pluant cęli: et germinet excipiens pluuiã germina bona: opa bona: ne ꝑ bona pluuia ꝺet spinas: et ꝑ horreo expecter ignẽ. Cõfitebuntur cęli mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã in ecclesia sanctoꝝ. Cęli ergo cõfitebunt mirabilia tua: et veritatem tuã. Totũ quicqd ꝓdicant cęli ex te est: et ideo securi ꝓdicant. Horum eñ quę ꝓdicant: qꝝ nõ possunt ꝺe prędicato erubescere. Quid prędicant cęli: Quid cõfitebunt in ecclesia sanctorum:

Quoniam quis in nubibus equabit dño: Hoccine cęli cõfitebuntur: hoc cęli pluent: Quid: Quoniã quis in nubibus equabit dño: Inde securi ꝓdicatores: quoniã nemo in nubibꝰ domino. Magna laus vobis videt fratres: nõ equari eam: nõ magna laus ẽ dño nõ equari nubes. Quid eñ: Stellę ꝙ sunt sup nubes equantur dño: Quid eñ: Sol ⁊ luna: angeli: cęli cõparari poterũt dño: Quid est qõ ꝑ magno ait: Quoniã quis in nubibꝰ equabitur dño: Intelligim⁹ fratres nubes istas silos: annũciatores verbi dei. Nam ista oĩa genera ꝓdictorũ: nubes esse dictas ex illa ꝓphetia intelligibus meis ne pluant sup eam imbrem. Quã vineã explicat et ꝺesignat apertissime dicens: Vinea dñi sabaoth: domus israel est. Ne tu aliter intelligas vineam: et relictis oĩbus significatis terrã scruteris: Vinea inqt dñi sabaoth: domus israel est. Non intelligat aliud: sed intelligat dom⁹ israel se esse vineã meã: Se intelligat mihi nõ ꝺedisse vuamꝰ spinas: Se intelligat ingratã extitisse plãtatori atqꝫ cultori: ingratã extitisse irrigatori. Ergo si vinea dñi sabaoth domus israel est: qꝺ dixit irat⁹: Mandabo nubibus meis ne pluant sup eam imbrẽ. Et reuera itafecit: Missi sunt apostoli tãqꝫ nubes vt pluerent iudeis: et illi verbum ꝺei repellentes: quia ꝑ vuis spinas ꝺerũt: dixerũt apostoli: Ad vos missi eram⁹: sed qz repulistis verbũ ꝺei: imus ad gentes. Ex illo cęperunt nubes nõ pluere pluuiã sup vineã illã. Si igit nubes ꝓdicatores sunt veritatis: ꝙramus propter quam sint nubes: Idẽ quippe cęli: idem nubes: Cęli ꝓpter fulgorẽ vitatis: nubes ꝓpter occulta carnis. Nubes eñ oĩs nebulosę sunt ꝓpter mortalitatem: et veniunt et transeũt ꝓpter ipa occulta carnis: id est occulta nubiũ. Aut aplus: Nolite ante temp⁹ quicqꝫ iudicare donec veniat dñs et illuminet abscondita tenebrarũ. Nunc ergo quid loquat homo vides: quid gestet in corde: nõ vides. Quod exprimitur ꝺe nube vides: qꝺ seruatur in nube nõ vides. Cui⁹ eñ oculi nubẽ penetrãt: Ergo nubes in carne ꝓdicatores veritatis. Venit ⁊ ipe oĩm creator i carne. Sed qs in nubibꝰ equabit dño: † Et quis similis erit dño in filijs ꝺei: Ergo nemo in filijs ꝺei: similis erit filio ꝺei. Et ipse dictus est filius ꝺei: et nos dicti sumus filij ꝺei. Sed qs simlis erit dño in filijs ꝺei: Ille vnicus: nos multi. Ille vnus: nos in illo vnum. Ille natus: nos adoptati. Ille ab ęterno filius vnigenitus per naturã: nos a tpe facti per gratiã. Ille sine vllo peccato: nos ꝑ illum liberati a peccato. Quis ergo in nubibus equabitur dño: aut qs similis erit dño in filijs ꝺei: Dicimur nubes ꝓpter carnẽ: et sumus ꝓdicatores veritatis propter imbrem nubiũ. Sed caro nostra aliter venit: caro illius aliter. Dicimur et filij ꝺei: sed ille aliter filꝰ ꝺei. Illius nubes ex virgine: ille filꝰ ex ęternitate equalis patri. Quis ergo in nubibꝰ equabit dño: aut qs similis erit dño in filijs ꝺei: Dicat ipse dñs vtrũ similẽ inueniat. Quẽ me dicũt homines esse filiũ hominis: Ecce eñ: qz videor: qz cõspicior: qz inter vos ambulo: ⁊ fortasse ꝓsentia vilui: dicite quem me dicunt hoies esse filiũ hois: Certe quẽ filiũ hois vident: nubẽ vidẽt: Dicãt vel dicite: quẽ me dicũt homines esse: Et responderunt dicta hominũ: Alij dicunt hieremiã: alij heliã: alij iohannẽ baptistaz: aut vnũ ex ꝓphetis. Nominatę sunt multę nubes et filij ꝺei. Eteñ qz iusti ⁊ sancti: vtiqꝫ ⁊ ipi filij ꝺei: Hieremias: helias: iohannes: filij ꝺei et nubes: qz ꝓdicatores ꝺei. Dixistis quas nubes me hoies esse putent: et in qbus filijs ꝺei me hoies numerẽt: dicite ⁊ vos: quẽ me dicitis esse: Respondẽs petr⁹ ꝓ oĩb⁹: pro vnitate vnus: Tu es inqt christus filꝰ ꝺei viui. Eñ quis in nubibꝰ equabit dño: aut quis similis erit dño inter filios ꝺei: Tu es christus filꝰ ꝺei vi ui: nõ quõ filij ꝺei: qui tibi nõ equant. Venisti i carne: sed nõ quõ nubes quę tibi nõ equant. Quis eñ tu cui respondeꝝ: Tu es christus filꝰ ꝺei viui: quẽ putauerũt alij hoies nõ sancti: nõ iusti: vnum ex ꝓphetis: aut heliam: aut hieremiã: aut iohannẽ baptistam: Quis ergo es tu: Audi qõ sequit. ¶ Deus †glorificandus in cõsilio †iustorũ. Quis ergo in nubibus equabit dño: aut qs similis erit domino in filijs ꝺei: qñ ille ꝺeus est glorificandꝰ in consilio iustorũ: Eñ nõ possunt equales illi esse: cõsilium ipoꝝ sit credere in illũ. Eñ nõ pñt equales illi esse nubes ⁊ filij ꝺei: restat cõsilium animę humanę fragilitatis: vt qꝺ gloziat: in dño gloziet. Deus glorificandus in cõsilio iustorum. Magnus et †terribilis †in oẽs qui in circuitu ei⁹ sunt. Ubiqꝫ ꝺeus. Qui ergo in circuitu eius sunt: qꝺ vbiqꝫ est: Si eñ habet aliquos in circuitu: quasi vndiqꝫ finit⁹ intelligit. Horro si verũ dictũ est a ꝺeo ⁊ ꝺe ꝺeo: Magnitudinis eius nõ est finis: qꝺ remanẽt: qꝺ sunt in circuitu eius: nisi quia ille qꝺ vbiqꝫ est: voluit per carnẽ in vno loco nasci: in vna gente cõuersari: in vno loco crucifigi: ex vno loco resurgere: ex vno loco i cęlũ ascendere: Ubi hoc fecit: i circuitu eius gẽtes sunt. Si ibi remaneret vbi ista fecit: nõ esset magnus et terribilis in oẽs qui in circuitu eius sunt. Quia vero ibi sic prędicauit: vt inde sui nois mitteret ꝓdicatores per omnes gentes toto orbe terrarũ faciẽdo miracula ꝑ seruos suos: factus est magn⁹ et terribilis i omnes qꝺ in circuitu eius sunt. ¶ Dñe ꝺeus virtutum quis similis tibi: Potẽs es dñe et veritas tua in circuitu tuo. Magna potẽtia tua: Tu feciſti cęlum et terrã et omnia quę i eis sunt: sed plus est miscẽdia tua quę exhibuit veritatem tuã in circuitu tuo. Si eñ ibi solum ꝓdicareris vbi nasci: vbi pati: vbi resurgere: vnde ascendere voluisti: impleta esset illa veritas ꝓmissiõis ꝺei ad cõfirmãdas ꝓmissiones patrũ: sed nõ impleretur: Gentes autẽ super misericordia glorificare ꝺeum: nisi illa veritas

Ar. tą glorificatur †sanctorum

Ar. †super.

Matth.16.

Ibidem

1.Cor.1.

Luce.2.et.23.

Matth.27. et.28.

Roma.15.

expanderet: et ab illo loco vbi apparere voluisti ī circuitu diffunderet. Tu qdē in illo loco te nube ꝓpria intonuisti: sed ad rigandū in circuitu gentium: alias
Matth. 24. nubes misisti. Vere potēs impleſti qō dixisti: Amodo videbitis filiū hoīs venientē in nubib⁹ cęli. Potens es dñe: t veritas tua in circuitu tuo. Sed cum
Ps. 2. cępit veritas tua ī circuitu ꝓdicari: vtiq; fremuerūt gentes: et populi meditati sunt inania: Astiterūt reges terrę: et principes cōuenerunt in vnū aduersus dñm: et aduersus chr̄istū eius. Vtiq; cū cępisset veritas tua ꝓdicari in circuitu tuo: tāq; venires ad ducendā cōiugem ex alienigenis: occurrit leo fremens
Judic. 14. et suffocat⁹ est a te. Hoc em̄ ꝓfiguratū est ī samson: Et illi⁹ verbis meis sine noīe illius dictis nō acclamaretis: nisi agnosceretis. Audistis em̄ vt illi qui soletis cōpluī a nubib⁹ dei: Ergo vitas tua ī circuitu tuo. Sed qñ sine ꝓsecutionib⁹: qñ sine cōtradictio-
Luce. 2. nibus: cū dictū sit eum natū in signū cui cōtradicitur: Quia ergo illa gens vbi nasci: vbi cōuersari voluisti: tāq; terra erat sepata a fluctibus gentiū: vt appareret arida cōpluenda: reliquę autē gentes mare erāt in amaritudine sterilitatis suę: qd faciēt ꝓdicatores tui spargētes veritatē tuā in circuitu tuo: qñ fremunt fluctus maris: qd facient: ¶ Tu dominaris potestati maris. Nam qd facit mare sęuiendo: nisi diem quē hodie celebram⁹: Martyres occidit: semina sanguinis sparsit: seges ecclesię pullulauit. Secure ergo pergāt nubes: diffundāt veritatē tuā in circuitu tuo: nō timeāt rabidos fluctus: Tu dñaris ptāti maris. Mouet qdē mare: et ꝓtra-
1. Cor. 10. dicit mare: pstrepit mare: ⁊ fidelis de⁹ q nō vos sinat tēptari supra id qō potestis. Quia ⁊ fidelis est q nō vos sinit tēptari supra id qō potestis. Motus aūt fluctuū eius tu mitigas. Veniq; vt placaretur mare: immo vt eneuaret rabies maris: qd in ipo mari fecisti: ¶ Tu humiliasti sicut vulneratū superbū. Est quidē superbus draco ī mari:
Amos. 9. te quo alia scriptura dicit: Mādabo draconi ibi vt
Ps. 103. mordeat eū. Est draco te quo dicit: Draco hic quē finxisti ad illudendū ei: cuius caput cōtundit super aquā. Tu inqt humiliasti sicut vulneratū superbū. Humiliasti te: t humiliatus est supbus. Superbus em̄ p supbiaz superbos tenebat: humiliatus est magnus: credēs aūt in eū factus est paruus. Dū nutrit paru⁹ exēplo magnificati parui: qō tenebat diabol⁹ pdidit: qz supb⁹ nō nisi supbos tenebat. Dato tanto hūilitat⁊ exēplo: didicerūt hoīes dānare supbiā suā: imitari hūilitatē chr̄isti. Ita ⁊ ille pdendo qs tenebat: etiā ipe hūiliat⁹ ē: nō correct⁹ sed ꝓstrat⁹: Tu humiliasti sicut vulneratū superbū. Humiliat⁹ es t humiliasti: vulnerat⁹ es t vulneraſti. Neq; em̄ eum
Col. 2. nō vulneraret sanguis tuus q effusus est: vt deleret chirographū pctō⁹. Vñ em̄ supbiebat: nisi qz cautionē cōtra nos tenebat: Hāc tu cautionē: hoc chirographū tuo sanguine deleuisti. Illū ⁊ vulneraſti: cui tot abstulisti. Vulneratū em̄ intelligas diabolū: nō penetrata carne quam nō habet: ⁊ pcusso corde
Al. †Nō habet. ab vbi supberbus est. †Et in brachio virtutis tuę dispersisti inimicos tuos. ¶ Tui sunt celi t tua est terra. A te pluāt: sup terrā pluāt. Tui sunt cęli p quos ꝓdicata est veritas ī circuitu tuo: tua est terra ⁊ excipit veritatē in circuitu tuo. Veniq; quid
Al. †terre. de illa pluuia factū est: Orbem †terrarū t pleni tudinē eius tu fundasti: aquilonē et †ma- †mare.
ria tu creasti. Nō em̄ aliquid cōtra te valet: contra creatorē suū. Et malitia quidē sua per suę voluntatis puersitatē sęuire pōt mūdus: nūq; tñ excedit modū posituz a creatore q fecit oīa. Quid ⁊timeo aqlonē: qd timeo maria: Est qdē ī aqlone diabol⁹: Isa. 14.
q dixit: Ponā sedē meā ī aqlonē: et ero similis altissimo: Sed hūiliasti sicut vulneratū superbū. Ergo qō in illis tu fecisti: plus valet ad dominationē tuā: q̄z illoz volūtas ad malitiā suā. Aquilonē et maria tu creasti. ¶ Thabor et hermon in noīe tuo exultabunt. Montes isti intelligunt: sed aliquid significant. Thabor hermon in noīe tuo exultabūt. Thabor interpretari dicit: venies lumē. Sed vnde Matth. 4. Joh. 1.
venit lumen te quo dictū est: Vos estis lumē mundi: nisi ab illo te quo dictū est: Erat lumen verū qō illuminat omnē hominē venientē in hūc mundum: Illud ergo lumē qō est lumen mūdi: ab illo lumine venit qō nō aliunde accēdit: vt timēdū sit ne extinguat. Ergo venit lumē ab illo: lucerna illa q nō ponitur sub modio: sed super candelabrū: venies lumen thabor. Hermon aūt interptat anathema ei⁹. Veniens venit lumen: et factū est anathema eius. Cuius rei to venit lumen: et factū est anathema eius. Cuius nisi diaboli vulnerati superbi: Ut ergo illuminare-
mur abs te: datū est vt anathema nobis esset: q nos in suo erroze t supbia tenebat: a te nobis est. Ergo thabor et hermon in noīe tuo exultabūt: nō in meritis suis: sed in noīe tuo. Dicēt em̄ isti: Nō nobis do Ps. 113.
mine nō nobis: sed nomini tuo da glozia: ꝓpter mirē nō nobis: sed nomini tuo da glozia: ꝓpter mire sęuiens: ne forte dicāt gentes: vbi est deus eoz⁹.
Tuum brachiū cum potētia. Nemo sibi aliquid arroget: Tuū brachiū cū potētia. A te facti sumus: a te defensi sumus. Tuū brachiū cū potentia. Al. †firmet. D
¶ †Cōfirmetur manus tua et exaltet dextera tua: iusticia et iudicium ꝓparatio sedis tuę. Aparebit in fine iusticia tua t iudiciū tuū: nūc occulta sunt ista. Et te iudicio tuo dicit in alio psal- Ps. 9.
mo: Pro occultis filij: erit manifestatio iudicij tui et iusticię tuę. Ponent quidā ad dexterā: et quidaz ad Matth. 25.
sinistrā: et expauescent infideles cū viderint qō modo irridētes nō credūt: Gaudebūt iusti cū viderint quod modo nō videntes credūt. Justicia t iudiciū ꝓparatio sedis tuę: Utiq; in die iudicij: Nunc ergo Al. †parat.
quid: ¶ Misericordia et veritas †heunt ante faciem tuam: Præparatione sedis tuę: Justiciā tuā et iudicium tuum venturuz timerē: nisi antecederet te misericordia et veritas tua. Quid timeam in fine iudicia tua: quando precedente misericordia tua te-
les peccata mea: t exhibendo veritatem: imples p̄missa tua: Misericordia et veritas tua ꝓeunt faciē Ps. 24.
tuam. Uniuersę inquit vię domini misericordia t veritas. In his oībus non exultabimus: aut qō exultamus capiemus: aut verba sufficiēt lętię nostrę: aut lingua idonea erit explicare gaudium nostrum: Si ergo nulla verba sufficiunt: Beatus popul⁹ Al. †qui scit.
†sciens iubilationē. O beate populę: putas invelligis iubilationē: Nullo modo beatus es: nisi intelligas iubilationē. Quid ē: intelligas iubilationē: Scias vñ gaudeas: qō verbis explicare nō possis. Gaudium enim tuū nō de te: vt qui gloziant: in do 1. Cor. 1.
mino glozientur. Moli ergo exultare in supbia tua: sed in gratia dei. Vides ipaz gratiā tantā esse: cui lingua explicādę nō sit idonea: et intellexisti iubilatio-

nē. Deniq; si intellexisti in gra iubilationē: ipi⁹ gr̄e
P audi cōmēdationē. Beat⁹ certe pl̄us sciēs iubilati-
onē. Quā iubilationē? Vide si nō de gra: vide si nō
de deo: & oino nō de te. Dñe in lumie vult⁹ tui
ambulabūt. Thabor ille veniēs lumē: nisi in lu-
mine vult⁹ tui ambulet: vento supbię lucerna extin-
guit. Dñe in lumine vult⁹ tui ambulabūt: Et i no-
mie tuo exultabūt tota die. Thabor ille & her
mon in noie tuo exultabūt. Si volūt: tota die in no
mie tuo: Si autē: exultabūt in noie suo: nō tota die
sis gaudebūt: & p supbiā cadēt. Ergo vt tota die ex-
Do.10 ultēt: in noie tuo exultabūt. Et in iusticia tua ex
Ibidem. altabunt. Nō in sua iusticia: & in tua: ne sint zeluz
dei habētes: & nō sm scientiā. Quidā em notanť ab
tes dei iusticiam: & suam volentes constituere: & non
in lumine tuo exultātes: iusticię dei nō sunt subiecti.
Sz vñ? Quia zelū dei habēt: & nō sm scientiā. Po-
pul⁹ aūt sciens iubilationē: illi em nō sm scientiam:
beat⁹ aūt pl̄s nō nesciēs & sciens iubilationē: vnde
debet iubilare: vñ debet exultare: nisi in noie tuo am
bulās in lumie vult⁹ tui: Et exaltari quidē merebi-
tur: & in tua iusticia. Auferat de medio iusticiā suaz:
& būlieť: veniet dei iusticia & exaltabiť. Et in iusti-
Q cia tua exaltabunť. Qm̄ gloria virtutis eoruz
Ar. †Quia. tu es: & in beneplacito tuo exaltabiť cornu
Ascriptio nra. nostr̄. Quia tibi bñplacuit: nō q? nos digni sum⁹.
Ps .117. †Qm̄ dñi est †susceptio. Mā ego vt cumul⁹are
cepisset me. Qm̄ dñi est susceptio: Et sancti israel
regis nostri. Ipe susceptio: ipe te illūinat: In ei⁹
lumine tui⁹ es: in ei⁹ lumine ambulas: iusticia ei⁹ ex
Ar. †visione. altaris. Ipe te suscipit: infirmitatē tuā ipe custodit:
Francis. †Ipe te facit robustū de se: nō de te. †Tūc locut⁹ es i
†aspectu †filijs tuis & dixisti. Locut⁹ es i aspe
ctu tuo: revelasti hoc pphetis tuis. Ideo locut⁹ es
eis in aspectu: id ē in revelatiōe: vñ pphetę videtes
dicebant. Viderūt quidā intus qđ dicerēt foris: &
Ar. †in potentę. in occulto audierūt qđ palā p̄dicauerūt. Tūc locu-
tus es in aspectu filijs tuis: & dixisti: Posui adiu-
Et. †Et. †Exaltaui electū de †populo meo. Intelligi-
tplebe mea tus quē electū: quē iā gaudetis exaltatū: Inueni
Ar. †non habet David seruū meū. Iustū dauid: ex semie dauid.
1. Reg. 16 †In oleo sancto meo vnxi eū. De illo em dr:
Ps. 44 Vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo exultatiōis p̄ pticipib⁹ tu-
is. Manus em mea auxiliabit ei: & brachi-
Luc. 1. um meū confortabit eū. Scōm qđ suscepto ho-
Phil. 2 minis facta ē: sm qđ ab illo q̄ in forma dei equalis ē patri: for-
Ar. †Nihil. ma serui suscepta est: & factꝰ ē obediēs vsq; ad mor-
R te: morte aūt crucis. † Nō pficiet inimic⁹ i eo.
Sequit quidē inimicꝰ: & nō pficiet in eo. Solet q̄dez
nocere: & nō nocebit. Quid ē g̃ qđ affliget? Exerce-
bit: nō nocebit. Prouerit sequēdo. q? in q̄s sequit co-
ronabiť vincēdo. Quid em vincit: si nihil extra nos
sequit? Aut vbi adiutor noster de⁹: si nos nō vincā-
mus? Inimicus g̃ faciat qđ suū est: sed non pficiet
inimicus in eo. Et filius iniq̄tatis non appo-
net nocere ei. Et concidā inimicos eius a
Ar. †Ipius facie †illius. Concidunť a spiratiōe sua: & quod
credūt occidunť. Paulatim em credunt: tanq̄ cōmi-

nuto capite vituli venient in potū populi dei. Cōmi Exo.32
nuit em caput vituli moyses: sparsit in aqua: & de-
dit bibere filijs israel. Cōminuūtur oēs infideles:
credūt paulatim: & a populo dei bibūtur: in corpus
christi trāsciunť. Et occidā inimicos ei⁹ a facie illi⁹:
Et †eos qui oderūt eū fugabo. Fugabo ne Ar. †odientes eū
noceāt. Sz fugator istor forte aliq̄ dicūt: Quo ibo in fugā cōuertā.
a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiā? Et videtes nō Ps .138.
se habere quo fugiāt ab oipotēte: cōuersi fugiūt ad
oīnipotentē. Et eos q̄ oderūt eū fugabo. Et veri-
tas mea & misericordia mea cū ipo †ē. Uni- Ar. †non habet
uersę vię dñi misericordia & vitas. Memētote quā-
tum potestis: q̄ sępe nobis cōmendent duo hęc: vt
reddamus illa deo. Sicut em ipe exhibuit nobis mi
sericordiā: vt deleret peccata nostra: & veritatē vt im
pleret pmissa sua: sic & nos ambulantes in via eius
debemus ei reddere misericordiā & vitatē: Miseri-
cordiā vt miseror misereamur: veritatē vt non intq̄
iudicemus. Nō tibi tollat veritas misericordiā: nec
misericordia impediat veritatē. Si em p misericor-
diā iudicaueris ptra veritatē: aut quasi rigida veri-
tate oblitus fuerī misericordiā: nō ambulabis i via Ps. 84
dei vbi misericordia & veritas occurrerūt sibi. Et i
nomie meo exaltabiť cornu eius. Quid op⁹
ē vt ūmoremur? Christiani estis: christū agnoscite.
Et ponā in mari manū eius: Hoc ē domina-
biť gentibus. Et in fluminibus dexterā eius.
Flumina currūt in mare: cupidi hoies in amaritu-
dinē hui⁹ sęculi plabūt: oīa tamē genera ista chri-
sto subdita erūt. Ipe invocabit me pater me⁹
es tu: deus meus & susceptor salutis meę.
Et ego primogenitū ponā †eum: excelsum Ar. †illum
†apud reges terrę. Martyres nostri quorū na- †pre regibus.
talicia celebramus: sanguinē suū pter hęc credita & S
nondū visa fuderūt: quanto fortiores nos esse debe-
mus videndo p qđ illi crediderūt? Excelsus em apd
reges terrę. Illi nondū viderūt christū: adhuc prin
cipes cōueniebāt in vnū aduersus dñm & aduersus Ps. 2
christū eius. Nondū impletū erat qđ i ipo psalmo
sequiť: Et nūc reges intellige: erudimini oēs q̄ iu Ibidem
dicatis terrā. Jam ergo factus est christus excelsus
apud reges terrę. In eternū seruabo illi mise-
ricordiā meā: & testamentū meū fidele ipi.
Propter ipm fidele testamentū: in ipo mediatū est
testamētū: Ipe mediator testamēti: ipe signator te-
stamenti: ipe fideiussor testamēti: ipe testis testamē-
ti: ipe hereditas testamenti: ipe coheres testamēti.
Et ponā in seculū seculi semen eius. Nō tā
tū in ꝟ seculo: & in seculū seculi: q̄ trāsibit vtiq; semē
eius. Quę ē hereditas ei⁹? Semē abrae: qđ est chri Gal.3.
stus. Si aūt vos christi: ergo abrae semē estis: Et si i
eternū accepturi hereditatē: ponet in seculuz seculi
semē ei⁹: Et thronū ei⁹ sicut dies celi. Thro-
ni regū terreno? sicut dies terrę. Alij sunt dies celi:
alij sūt dies terrę. Dies celi anni sūt illi: de q̄bus dr:
Tu aūt idēipse es: & anni tui nō deficiēt. Dies terrę Ps. 101.
succedētibus vrgent: p̄cedentes excludūt: Nec qui
succedūt manēt: & veniūt vt eant: & pene anteq̄ ve-
niāt cūt. Isti sūt dies terrę. Dies aūt celi q̄? Et vn⁹
dies celi: & illi anni nō deficiētes: nec initiuz habent
nec terminū: nec vllus dies ibi angustat iter hester-
nū & crastinū. Nemo ibi expectat futuruz: nemo ibi
perdit p̄teritū: sed dies celi semp̄ p̄sentes sūt: vbi

erit thronus eius in eternū. Qō restat: si placet seruemus: qm̄ longus ē psalmus: ⁊ adhuc vobiscum aliqd in nomīe christi acturi sum⁹. Reficite g̃ vires: nō dico animi vestri: Nā video q̄ aio infatigabiles estis: sed ꝓpter seruos aīę vt durēt in ministerio corpora vestra: aliquātulū reficiemini: Et refecti: ad cibos redite.

Sermo scōs de scōa pte eiusdē psalmi.

A Ad reliqua psalmi te quo in matutino locuti sumus animū intēdite: ⁊ piū vbitū exigite: eo reddituro per nos: q̄ fecit ⁊ nos ⁊ vos. Dns christus in supioribus psalmi ex promisso dei annūciabat: ⁊ adhuc in his verbis etiaz quę tractaturi sumus ipe annūciat. De illo em̄ iter cętera paulo supius dictū erat: Et ego ꝓmogenitū ponā eum: excelsū apud reges terrę. Jn eternū seruabo illi misericordiā meā: ⁊ testamentū meū fidele ipi. Et ponā in sęculū sęculi semē eius: ⁊ thronū eius sicut dies cęli. De his ⁊ te omnibus supra ab ipo exordio ꝑ

Al. tautem potuim⁹ diximus. Sequit aūt. Si †derelinquerint filij eius legē meam: ⁊ in iudicijs meis

Al. iusticias nō ambulauerint. Si †iustificatiōes meas ꝓphanauerint: ⁊ mandata mea nō custodierint: Visitabo in virga iniq̄tates eor̄:

2. Regl. 7. Al† verberibus ⁊ in †flagellis delicta eor̄. Misericordiaz †uo meā ñ dispgā ab eo: neq̄ nocebo eos in veritate mea. Neq̄ ꝓphanabo testamētū meū: ⁊ quę ꝓcedunt de labijs meis nō

Al. ffaciā irrita †reprobabo. Semel iurauī in scō meo si dauid mentiar. Semē eius in eternū manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo. Et sicut luna perfecta in eternū: et testis in celo fidelis. Sed tu reppulisti et despexisti: distulisti christum tuum. Subuertisti testamentum serui tui: polluisti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam: factus est opprobrium uicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladii eius: et non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terram collisisti. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione. Usquequo domine auertis in finem? exardescet sicut ignis ira tua. Memorare quae mea substantia: numquid enim uane constituisti omnes filios hominum? Quis est homo qui uiuet et non uidebit mortem? eruet animam suam de manu inferi? Ubi sunt misericordiae tuae antiquae domine? sicut iurasti dauid in ueritate tua. Memor esto domine obprobrii seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium. Obprobrauerunt inimici tui domine: obprobrauerunt commutationem christi tui. Benedictus dominus in eternum: fiat fiat.

Psal. 44

Al. †laqueo. in nobis: nō sit in hoīe. Vñ eruet te: De†muscipula venantiū: t a verbo aspero. De muscipula venantium: magnuz aliq̄d est: a verbo aspero: Quid magnū: Multi in muscipulā venantiū: p verbū asperū receiderūt. Quid est qō dico: Tendit diabolus t angeli eius: tanq̄ venātes tendūt muscipulas: t longe ab ipsis muscipulis ambulant homies qui in christo ambulant. Non audet enim in christo tendere muscipulas: circa viaz ponit: in via non ponit. Via autem tua christus sit: t tu non cades i muscipulā diaboli. Aberranti a via: iaz ibi est muscipula. Hinc atq̄ hinc ponit laqueos: hinc atq̄ inde ponit muscipulas: inī laqueos ambulas. Sz si vis secur⁹ ābulare: Noli declinare i dexterā aut sinistrā: t sit tibi via ille q̄ tibi p̄ te factus ē via: vt pducat te ed se p se: t nō timebis laqueos venantiū. Sed q̄d ē a verbo aspero: Multos p verbū aspez misit i muscipulā diabolus (Verbi gr̄a) qui voluerint eē christiani inī paganos: insultatores patiunt paganos: Erubescūt inī insultatores: t a x̄bo aspero recedentes de via: incidūt in laqueos venātiū: Et q̄d tibi factuz est verbū asperū: Nihil. Nūquid nihil tibi facturus est laque⁹: quo te cōpellit inimicus p verbuz aspez: Quō r̄tia plr̄ūq̄ tendunt ad caput sepis: tendunt auibus: t lapides mittunt in sepē: lapides illi nihil sūt facturi auibus: quādo em̄ ferit auē: qui lapidē mittit in sepē: Timens aūt auis inanē sonū: cadit in r̄tia: sic hoīes timentes insultatorū verba vana t inania: t erubescētes cōuitijs superfluis: cadunt in laqueos venantiū: t captiuātur a diabolo. Sed cur nō dico fratres q̄ non est tacendū: q̄ me cogit deus dicere: Quomodolibet h̄ accipiatis: cogit me dē dicere: Et si nō dixero: ego cado in laqueos venantiū. Si em̄ detractiōes hominuz timeo vt non dicam: egoip̄e a verbo aspero cado in laqueos venantiū: qui vos moneo vt nō timeatis verba hominū. Quid est ergo q̄ dicturus sū: Quō inter paganos qui fuerit christian⁹: a paganis audit verba aspera: quibus si erubuerit: cadit in muscipulaz venantiū: sic inter christianos qui voluerint esse diligētiozes t meliozes: ab ipis christianis audituri sūt insultationes. Et quid ꝓdest frater q̄ aliq̄n inuenis ciuitatē: vbi nullus est paganus: Nemo ibi insultat christiano q̄ christian⁹ est: quia non ibi inuenit paganus. Sed sūt multi male viuētes christiani: inter quos qui voluerit bene viuere: t inter ebriosos sobrius esse: t inter fornicarios castus esse: t inter consultatores mathematicoz dei sinceriter colere: t nihil tale requirere: t inī spectatores nugatiū theatrorū noluerit ire nisi ad ad ecclesiā: patit insultatores ipos christiāos: t patit x̄ba aspera: t dicūt: Tu magn⁹: tu iust⁹: tu es helias: tu es petr⁹: tu de cēlo venisti: Insultāt: Quocūq̄ se verterit: audit hinc atq̄ inde verbū asperū. Sō si timet: recedit a via christi dei: cadit in laqueos venantiū. Quomodo autez cū audiunt hec verba: non recedit a via: Quid est: nō recedere a via: Quando audit verba aspera: vi-

de sibi habet facere solatiū: vt nō curet verba aspa: nec recedat a via: t itret p ianuā: Dicat: Qualia verba audio: seruus peccator: Dominus me⁹ audiuit: Job. 4. demoniū habes. Modo audistis verbū asperū qō dictū ē i dūm: Mō opus erat vt iesus hoc audiret: s te monuit vt aduersus verba aspera: ne incidas in laqueos venantiū. †Inter†scapulas suas obumbrabit tibi: t sub †alis ei⁹ sperabis. Hoc †scapulis dicit: ne tua ꝓtectio a te tibi sit: ne putes quia tu te ꝓtegere: Ille te ꝓteget vt eruat: t eruet de muscipula venātiū t a verbo aspero: Inī scapulas suas obumbrabit tibi: t a tergo potes intelligere: et a pectore. Scapulę em̄ circa caput sunt: Sz q̄ dicit sub alis eius sperabis: manifestū est: quia protectio alarū pansarū facit te esse inter scapulas dei: vt hinc atq̄ hinc alę dei te ponāt in medio: t nō timebis ne quis tibi noceat: tātū tu noli inde recedere: quo nullus inimicus audet accedere. Si gallina ꝓtegit pullos suos sub alis suis: quāto magis tu sub alis dei tuos eris: t aduersus diabolū t angelos ei⁹: q̄ aereę potestates tanq̄ accipitres circumuolitant: vt infirmū pullū auferant: Neq̄ em̄ sine causa comparata est gallina ipi sapientię dei. Nam christus ipe dominus noster t saluator tanq̄ gallinā se dixit: Hierusa lem hierusalē quoties volui colligere filios tuos: tanq̄ gallina pullos suos: t noluisti. Voluit illa hierusalē: velimus nos. Illa rapta ē ab aerijs potestatibus fugiens alas gallinę: p̄ sumēs de viribus suis cū esset infirma: nos ꝓfitentes infirmitatē nostā: sub alis dei fugiamus. Erit nobis em̄ tanq̄ gallina protegens pullos suos. Nō est em̄ iniuriosū nomē gallinę. Attēdite ceteras aues fratres. Multę aues ante nos fr̄ās: calefaciūt pullos suos: nulla sic auis infirmaī cū pullis suis quō gallina. Attēdat charitas vestra hirundines: passeres t ciconias: videmus et tra nidos suos: nec cognoscim⁹ vtrū fętus habeāt. At x̄o gallinā cognoscimus in infirmitate vocis: et in relaxatione plumarū: Tota mutaī affectu pullorū: Quia illi infirmi sūt: infirmā se facit. Quia ergo t nos infirmi eramus: infirmā se fecit sapientia dei: quia verbum caro factū est: t habitauit in nobis: vt sub alis eius speremus. Scuto circundabit te veritas eius. Quę sūt alę: hoc est scutū: quia nec alę sunt nec scutū. Si aliq̄d hoz ꝓprie esset: nūquid alę scutū esse possent vel scutū alę: Sed q̄ figurate p similitudines dici omnia ista possūt: ideo t alę t scutū esse potuerūt. Si vero lapis esset christus: leo nō esset: si leo esset: agnus nō esset. Jdeo t leo t agnus t lapis t vitul⁹: et si q̄d huiusmodi: quia nec lapis: nec leo: nec agnus: nec vitulus: sed saluator omniuz iesus christus. Jste em̄ similitudines sūt: nō ꝓpietates. Veritas eius inquit circūdabit te. Tanq̄ scutū veritas eius est: vt nō misceat eos q̄ in seipis sperant cū eis qui in deo sperāt. Peccator ē: t pctōr: ē da peccatorē de se p̄sumentē: contemnentē peccata sua nō ꝓfitentē: t dicet: Si deo displicerent peccata mea: nō permitteret me viuere. Alius autem nō audebat oculos leuare: sed percutiebat pectus suum: dicēs: Dñe: ꝓpitius esto mihi peccatori. Et ille peccator: t ille: sed ille irridens: iste plangens: Ille ꝓtector: hic ꝓfessor pctōr p suoz. Veritas aūt dei q̄ nō personas accipit: discernit pnitētē a derēdēte: discernit humilez a superbo: discernit p̄sumentem ō seipo:

Psal. 90. Job. 6. Apoc. 4. Joh. 1. Daniel. 2. Luc. 18

a ꝑsumente ꝛ deo. Ergo veritas eiꝰ tanꝯ scuto circũdabit te. Nõ timebis a timore nocturno: A sagitta volante ꝑ diez: a negocio pambulãte i tenebris: ꝑ a ruina ꝛ demonio meridiano. Quoꝫ ꝯ supra dixit: reddunt duo ꝯ inlante p diem: ꝛ ꝓpter timorẽ nocturnũ: a negocio pambulante in tenebris: ꝛ ꝓpter sagittã volantẽ p diẽ a ruina ꝛ demonio meridiano. Quid est timendũ in nocte: ꝛ quid in die: Cũ quisꝙ ignorãs peccat: tanꝯ in nocte peccat: Cum autem sciẽs peccat: tanꝯ in die peccat. Quo ergo illa leuiora: ipsa sunt grauiora: ꝯ repetita sũt. Intendite vt diligẽter hoc si dñs annuerit exponaꝫ vobis: Obscurũ est eñ: ꝛ erit magnus fructꝰ si intellexeritis. Tẽptationẽ ꝯ fit i ignorãtibus leuis: timorẽ nocturnũ appellauit: ꝛ tẽptationẽ ꝯ fit leuis in sciẽtibus: sagittã volantẽ p diẽ appellauit. Quę sũt leues tẽptatiões: Quę non sic insistant: nõ sic vrgent vt cogãt: ꝙ pñt cito declinata trã sire. Eadeꝫ rurſ fac grauia: Si psecutor instet: ꝛ vehemẽter terreat ignorãtes: id est nondũ firmos i fide: nec scientes qõ ad hoc sũt christiani vt futurã vitã sperẽt: cũ experint terreri ꝛ malis tpibus: putãt qõ deseruit illos christꝰ: ꝛ sine causa sint christiani. Nõ nocũt eñ vt dixi: qz ad hoc sũt christiani: vt ꝓsentia superẽt: ꝛ futura sperẽt: inuenit illos negociũ q̃ nouerũt se ad futurã spem vocatos: qz qõ nob ꝓmisit deus: nõ est de ista terra: nõ est de ista vita: ꝗa istę oñes tẽptatiões tolerãdę sunt: vt illud accipiamus: illud acquiramꝰ: qõ nobis ꝓmisit deꝰ in ꝙternũ. Nocũt ista: ꝙ qñ cępit psecutor instare vehemẽtius: agitare minis: pęnis: tormẽtis: aliqñ cedunt: ꝛ sciẽtes tanꝯ in diẽ cadũt. Quare autez in meridie: Quia multũ feruet psecutio. Vastatorꝰ est dixit meridiẽ. Attendat hoc charitas vestra de scripturis ꝓbatẽ. Eñ õ seminãte dicebat dñs: qz exiit seminãs seminare: ꝛ aliõ cecidit i via: aliõ in petrosa: aliõ inter spinas: dignaꝫ ẽ ipe expõere similitudinẽ. Et cũ vellet ad petrosa: hoc ait: Hi sũt qui audiũt verbũ ꝛ ad horã gaudẽt ad ꝙbũ: ꝛ in tribulatiõe ꝯ fit propter verbũ: ꝓtinuo scãdalizant. Quid eñ dixerat de his qui exierãt in petrosis: Exorto sole inqt aruerũt: qz nõ habebãt altam radicẽ. Hi sũt ergo qui ad horaz gaudent ad verbũ: ꝛ cũ persecutio facta fuerit ꝓpter verbũ: arescũt. Quare arescũt: Quia nõ habebant firmã radicẽ. Quę est radix: Charitas. Hoc eñ dicit ꝙplus: vt in charitate radicati ꝛ fundati. Quomodo eñ radix omniũ malorꝫ est cupiditas: sic ꝛ radix omniũ bonorꝫ ẽ charitas. Hostis hoc: ꝛ sępe dicũ est: Sed quare hoc volui cõmemorare: Vt ꝛtel ligatis psalmũ: qz dęmoniũ meridianũ ꝓpter ęstum vehemẽtis psecutiõis positũ est. Sic eñ dñs dicit: Ortus est sol: ꝛ aruit herba: qz radicẽ non habebat: Et exponẽs nobis quid est a sole arescere herbã: dixit: qz psecutiõe facta nõ manẽt illi in fide: qz altã radicẽ nõ habebãt. Recte hic intelligimus dęmoniuz meridianũ psecutionẽ vehementẽ. Qualis fuit illa psecutio aliqñ fratres cõmemorẽ: vñ dñs liberauit ecclesiã suã: dignet attẽdere charitas vestra. Primo ꝙ impatores ꝛ reges sęculi putauerũt se psequendo tollere posse de terra nomẽ christi ꝛ nomen christianoꝝ: iusserũt vt quisꝙs se ꝓfiteret christianũ: ferire-

H At. fin die. Ps. ab incursu.

h

Ibidem.

Ephes. 3. 1. Timoth. 6

J

tur. Quicũꝙ noluit feriri: negauit se christianũ: sciens qõ maluz faceret: peruenit ad illũ sagitta volãs p diẽ. Quicũꝙ aũt nõ curauit ꝓsentẽ vitam: sed certus sperauit futurã: ꝛclinauit sagittã volantem per diem: confessus est se christianũ: pcussus carne: liberatus est spiritu: expectare cępit positus apud deũ in quiete etiã redemptionẽ corpis sui in resurrectione mortuoꝝ. Euasit aũt tẽptationẽ illã a sagitta volante p diem. Ergo quicũꝙ se ꝓfessus fuerit christianũ: feriaꝫ. Quõ sagitta volãs p diem fuit: Nondũ erat dęmoniũ meridianũ flagrans vehemẽti psecutione: ꝛ faciẽs magnos ęstus: etiã fortibus. Audite eñ quid secutũ sit. Cuz vidissent inimici q̃ multi festinarent ad martyriũ: ꝛ tanto plures crederẽt i christũ: quãto plures patiebanꝫ: dixerũt apud se: Nos occisuri sumꝰ genus humanũ: tot milia qui credũt in hoc noie. Si occiderimus oẽs: ꝓpe nullꝰ in terra remanebit. Cępit feruere sol: cępit feruescere ęstus. Audite eñ qđ iusserint. Quõ aũt iusserãt: Quicunq ꝓfessꝰ se fuerit christianũ: feriaꝫ. Jusserũt postea: quicũꝙ se ꝓfessus fuerit christianũ torqueaꝫ: ꝛ tandiu torqueaꝫ: donec neget se eẽ christianũ. Cõpate sagittã volantẽ p diẽ: ꝛ dęmoniũ meridianũ. Sagitta volans p diẽ: qđ erat: Qui se ꝓfessꝰ fuerit christianũ: feriaꝫ. Quis fidelis eã mortis celeritate nõ ꝛclinaret: Illud aũt: q̃ se ꝓfiteꝫ christianũ: nõ occidaꝫ: ꝙ torqaꝫ donec neget: ꝙ si se negauerit: dimittaꝫ: dęmoniũ meridianũ erat. Multi ꝯ nõ negãtes: in tormẽtis ꝛficiebãt: Tãdiu eñ torqbanꝫ donec negarent. Perseuerãtibus aũt in nõ negãdo christuz: qđ factumꝰ erat gladiꝰ: Uno ictu occidẽdo corpꝰ: aiam ad deũ mittẽdo: ꝙ faciebãt diuturna tormenta. Sed q̃s tandẽ inueniret q̃ duraret aduersus tãtos ꝛ tã lõgos cruciatꝰ: Multi ꝛfecerũt. Et credo illi ꝛfecerũ q̃ se ꝑ simulauerũt: q̃ nõ habitabãt in adiutorio altissimi ꝛ in ꝓtectiõe dei cęli: qui nõ dixerũt dño: suscęptor meꝰ es tu: q̃ nõ sub vmbra alaꝝ eiꝰ speauerunt: ꝙ viribus suis multũ ꝛfederũt. Dejecti sunt a deo vt ostenderet illis: qz ipe ꝓtegit: ipse tẽperat tẽptationes: ipe tantũ venire pmittit: quãtũ põt ferre cui venit. Multi ergo cecidẽrt a dęmonio meridiano. Oẽ multi: vultis nosse: Sequit ꝛ dicit: Cadẽt a latere tuo mille: ꝛ decem milia a dextris tuis: ad te aũt nõ appropinq̃bit. Cui dicit hoc fratres: Cui: nisi dño nostro iesu christo: Dñs eñ iesus nõ solum in se: sed et in nobis. Recordamini verba illa: Saule saule q̃d me psequeris. Quando ipm nemo tangebat ꝛ dicebat: quid me psequeris: nũquid non in nobis seipm cõputabat: Quãdo dicebat: Qui fecit vni ex minimis meis: mihi fecit: nonne in nobis seipm computabat: Non eñ diuisa sunt abinuicem mẽbra: caput ꝛ corpus. Quid est caput ꝛ corpus: Saluator ꝛ ecclesia. Quomõ ergo dictũ est: cadent a latere tuo mille ꝛ decem milia a dextris tuis: Cadẽt eñ a dęmonio meridiano. Magnꝰ terror fratres a latere christi cadere: a dextr̃ christi cadere. Quõ cadẽt a latere: Quare illi a latere: illi a dextris: Quare mille a latere: ꝛ decem milia a dextris: Quid est a latere mille: Quia pauciores sũt mille: ꝙ decem milia ꝯ a dextris cadẽt. Qui sunt isti: Modo planũ erit in nomine christi: mõ apertũ erit. Quibusdã ꝓmisit christus: quia cũ illo iudicabunt: apostoli scilicet: ꝛ q̃ dimiserunt oñia: ꝛ secuti sunt eũ. Nam petrus ait illis:

Ik Alt. decem.

Act. 9

Matth. 25.

Matth.19. Ecce nos dimisim⁹ oĩa:⁊ secuti sum⁹ te: Et hoc illis ꝓmisit: Sedebitis sup duodecim sedes: iudicantes duodecim tribus israel. Nolite putare: qz ipis solis ꝓmisit dñs: Ubi em̃ sedebit Paulus apl's q̃ plus illis oĩbus laborauit: si nõ ibi sedebũt nisi duodeciz: Ille em̃ tertiusdecim⁹ ẽ: Nã ex duodecim cecidit iudas: In locũ aũt iude traditor: matthias ordinat⁹ ẽ: vt i Actib⁹ apl'oꝝ legim⁹. Impletę sũt duodeci sedes: Nõ ibi sedebit q̃ pl⁹ oĩb⁹ ill' laborauit: In duodecim sedes pfectio ẽ tribunalis: Nã milia sedebũt in duodecim sedib⁹. Sz vnde mihi ꝓbas ait aliq̃s: qz⁊ paulus inter iudices erit: Audi illũ dicẽtẽ: Nescitis qz angelos iudicabim⁹: Judicabim⁹ inq̃t. Et ipe nõ dubitauit in ꝓfũptione: qz credidit cõputari se inter illos q̃ iudicabũt cuz christo. Qui g̃ iudicabũt cũ xp̃o: p̃ncipes eccliarũ sũt: pfecti sũt. Talib⁹ dixit: Si vis esse pfectus: vade vende oĩa tua: et da paupibus. Quid ẽ si vis esse pfectus: Vis mecum iudicare⁊ nõ iudicari. Ille em̃ contristat⁹ abscessit.

Matth.19 Sed multi hoc fecerũt:⁊ multi hoc faciũt. Ergo isti cũ illo iudicabũt. Sed m'ti ꝓmittũt sibi qz iudicabũt cũ christo: qz dimittunt oĩa sua⁊ sequũtur christũ: Sed habẽt ꝓfũptionẽ de se: habẽt q̃ndã typũ et superbiã quã deus solus põt nosse:⁊ nõ possũt euitare dęmoniũ meridianũ: id est casũ feruẽtis caloris nimię psecutiõis. Tales multi cuz eẽnt illo tpe q̃ distribuerũt oĩa sua paupibus:⁊ sibi iã ꝓmittebant: qz sessuri erãt cũ christo⁊ iudicaturi gẽtes: feruente caloze psecutiõis tanq̃ a dęmonio meridiano defecerũt in tozmẽt:⁊ negauerũt christũ: Ipi sũt qui a latere ceciderũt: tãq̃ sessuri cũ christo ad mũdũ iudicandũ ceciderũt. Et dextris aũt dicã q̃ cadũt. Nostis qz cũ apparuerit ipm tribunal vbi cũ christo domino iudicabũt: q̃ voluerũt esse⁊ vere fuerũt pfecti: radicati⁊ fundati in charitate: vt nõ arescerẽt de sole⁊ dęmonio meridiano. Hoc em̃ ait dñs: Congregabunt ante eũ oĩes gẽtes:⁊ diuidet illos abinuicem sicut pastor diuidit oues ab hędis:⁊ oues ponet a dextris: hędos aũt a sinistris⁊ iudicabũt. Dicti erũt q̃ iudicabũt: ꝑ pauciozes erũt q̃s illi q̃ ante tribunal stabũt: qz illi tanq̃ mille: illi tanq̃ dena milia. Et dextr' positis: q̃d dicturꝰ ẽ: Esuriui em̃⁊ dedistis mihi mãducare: hospes fui⁊ suscepistis me. Manifestũ ẽ qz his dicet q̃ habẽt substantiã huius seculi: vñ ista hũana faciãt: Cñ⁊ ipi cũ illis regnabũt: qz illi tanq̃ milites: illi tanq̃ annonã p̃bẽtes ꝓuinciales: Sub vno tñ imperatoze:⁊ miles⁊ ꝓuincialis in regno ẽ: Miles fortis: ꝓuincial' deuot⁹: Miles fortis oꝛonibus pugnat aduersus diabolũ: deuot⁹ ꝓuincialis annonã tribuit militibus. Intelligat charitas vestra. Et audiunt in fine ad dexterã positi: Venite benedicti patris mei: ꝓcipite regnũ q̃ vobis ꝓparatũ ẽ ab origine mũdi. Erãt ergo illo tpe multi q̃n graiter inferbuerat sol pfecutiõis:⁊ dęmoniũ meridianũ: erãt q̃ sibi ꝓmittebãt qz iudicaturi erãt cũ xp̃o: nõ potuerũt ferre estũ pfecutiõis:⁊ ceciderũt a latere ipius. Erant ibi aliq̃ qui nõ sibi ꝓmittebãt sedes iudicantiũ: sed ꝑ elemosynas ꝓmittebant sibi: qz ad dexterã futuri erãt: q̃bus dictur⁹ erat christus: Venite benedicti patris mei ꝓcipite regnũ: q̃ vob⁹ paratũ ẽ ab origine mũdi. Et quia multi de spe illa iudicandi ceciderũt: multi aũt⁊ multo plures de spe illa dexterę ceciderũt: ideo dictũ ẽ christo: Cadẽt a latere tuo mille:⁊ dena milia a dextris tuis. Et qz multi erũt cũ illo qui oĩa illa nõ curarũt: cũ q̃bus tãq̃ mẽbris vnus ẽ christus: ad te aũt inq̃t nõ appropinquabit. Nũquid ad solũ caput dixit: nõ appropinquabit: Nõ vtiq̃: sed nec ad petrũ: nec ad paulũ: nec ad oĩes apostolos: nec ad oĩes martyres: quilin tozmẽtis nõ defecerũt. Quõ ergo nõ appropinquabit: Cur sic tozti sũt: Propinquauit carni tozmentũ: ⁊ nõ puenit ad locũ fidei. Itaq̃ lõge erat fides ipoꝛũ a terroze tozq̃ntium. Tozquebãt: nec approp̃quit terroꝛ: tozqueãt: sed irridebũt tozmentũ: p̃sumẽtes in illo q̃ prioꝛ vicit: vt ceteri vincerẽt. Et qui vincũt: nisi q̃ de se nõ p̃sumpserũt: Intendat charitas vza. Ad hoc em̃ dixit oĩa supioꝛa: Dicet dño susceptoꝛ meus es tu⁊ refugiũ meuz:⁊ sperabo in eũ: q̃m ipse eruet me de muscipula venantiũ. Ipe eruat me: non ego me. Int̃ scapulas suas obũbzabit tibi. Sz q̃ñ sb alis eius spabis: scuto circũdabit te veritas eius. Quia ergo in illo p̃sumpsisti:⁊ tota spem tuaz in illo posuisti: sequit. Quid: Nõ timebis a timoze nocturno: a sagitta volante p diem: a negocio pambulante in tenebzis: a ruina⁊ dęmonio meridiano. Quis nõ timebit: Qui in christo p̃sumit. Qui aũt de se p̃sumũt: etsi iã sibi sperabãt latus christi tanq̃ iudicaturi:⁊ si futuros se iã sperabãt a dextris christi quasi dicerẽt illis: Dẽite benedicti patr̃ mei: ꝓcipite regnũ q̃ vobis patũ est ab origine mũdi: vẽite dęmoniũ meridianũ: q̃m nouit dñs q̃ sũt eius. Verũtamẽ oculis tuis ꝑsiderabis: ⁊ retributionẽ peccatoꝝ videbis. Quid ẽ hoc: Quare verũtamẽ: Quia licuit impijs supbire in seruos tuos: licuit impijs psequi seruos tuos. Impune ergo erit impijs: quia psecuti sũt seruos tuos: Nõ erit impune. Quis em̃ tu ꝓmiser⁊: magl inde tui coronati sint: verũtamẽ oculis tuis ꝑsiderabis: ⁊ retributionẽ peccatoꝝ videbis. Malũ ergo q̃ voluerũt: nõ bonum q̃ ꝓ nescientes actũ ẽ: eis retribuet. Nõ opus est vt oculos fidei habeam⁹⁊ videamus: qz⁊ exaltanť ad tẽpus⁊ plangẽt in ęternũ: ⁊ q̃bus dat̃ potestas i seruos dei tpaliter: dicet eis: Jte in ignẽ ętrnũ q̃ pat⁹ est diabolo⁊ angelis eius. Sz si habeat quisq̃ oculos sicut dixit: oculis tuis ꝑsiderabis: nõ est leue videre ipiũ flozentẽ in h̃ seculo: ⁊ habere ad illũ oculos vt consideres fide quid ille passurus est in fine si se non coerexerit: quia qui modo tonare volũt: postea fulminant. Verũtamen oculis tuis considerabis: et retributionẽ peccatoꝝ videbis. Quoniã tu es domine spes mea. Ecce venit ad illud: quare nõ cadat a ruina⁊ dęmonio meridiano. Quoniã tu es domine spes mea: Altissimũ posuisti refugiuz tuum. Quid est hoc q̃ in alto est refugium tuum: Multi enim sic sibi faciunt refugium dei: quo fugiant a temporalibus ęstibus. Jn alto est enim refugium dei: valde in occulto est quo fugias ab ira ventura. Intus altissimum posuisti refugium tuũ.

Non accedent ad te mala: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: Al. accedet tuabus

Matth.4. Luc.4. Quoniã angelis suis mãdauit de te: vt cu
ps.90. portauerunt stodiãt te in oĩnibus vijs tuis. In manib⁹
Tollent te: ne † quãdo offendas ad lapidẽ
pedẽ tuũ. Ista sũt verba quę dixit diabolus do-
mino iesu christo: quãdo illũ tẽptauit. Sed qz dili-
gẽtius ꝓsiderãda sũt: ne vos fatigemus: differamus
in crastinũ: qz † crastino si dñs voluerit: inde vobis
ꝑter tędiũ vestrũ: ne cũ volumus finire res obscu-
ras: ꝯcipitem⁹: † nõ queniãt ad intelligẽtiã vestrã.

A

Sermo scõs de scda pte eiusdẽ psalmi.

Sicut nõ dubito meminisse charitatẽ vestrã
qui hesterno die sermoni affuistis: psalmus
quẽ cęperam⁹ exponere: ne ad terminũ per
ueniret: angustia tpis impediuit: † dilata est ps eius
in hodiernũ diez: Hoc q̃ heri affuistis recordamĩ: q̃
Matth.4. nõ audistis agnoscite. Propterea fecimus ipam le-
ctionẽ euãgelĩ recitari: vbi dñs tẽptatus ẽ ꝑ ea ver
ba psalmi quę hic audistis. Ideo tẽptatus ẽ christ⁹:
ne vicar a tẽptatore christian⁹. Ille q̃pe magister i
oĩnibus tẽptari voluit qz tẽptamur: sicut mori vo-
luit qz morimur: sicut resurgere voluit: quia resurre
cturi sum⁹. Illa em̃ quę oĩdit in hoie q̃ factus ẽ ꝓ-
ꝑter nos homo cũ esset deus ꝑ quẽ facti sum⁹: ꝓpter
nos oĩdit. Et sępe cõmendauimus charitati vestrę
q̃ nos sępe iterare nõ piget: vt qz forte multi vestrũ
legere nõ possũt: qz nõ eis vacat legere: aut lras nõ
nouũt: saltẽ assidue audiẽdo nõ obliuiscant salubrez
fidẽ suã. Certe eã repetendo q̃busdã molesti videa-
mur: dũ tamẽ quosdã ędificemus. Nouimus enim
multos esse † memoria ꝑualentes † lectiõis diuinę
studiosos: qui ea quę dicturi sum⁹ nouerũt: et forte
nos ea volum⁹ dicere quę nõ nouerũt. Sed si cele-
riores sũt: intueant qz cũ tardioribus ambulãt viã.
Quãdo aũt duo comites vnã viam ambulãt: quoꝝ
est vnus celerior: alter tardior: in potestate celerior
est: vt cũ illo ambulet tardior: nõ in potestate tardio
ris: qz si velit celerior tantũ facere quãtũ potest: tar
dior illũ nõ sequit. Opus ẽ ergo vt celerior refrenet
celeritatẽ suã: † nõ relinquat comitẽ tardiorẽ. Hoc ẽ
Phil.3 ergo q̃d dixi me sępe dixisse: † nũc itez dico: sicut di
Col.3 vobis aũt tutũ. Dñs aũt noster iesus christ⁹: tanq̃
Dan.2.c.23 totus pfectus vir † caput † corp⁹: Caput in illo ho-
Marci.16 mine agnoscim⁹: q̃ natus ẽ de maria virgine: passus
sub pontio pilato: sepultus: resurrexit: ascẽdit in cę-
lũ: sedet ad dexterã patris: inde illũ expectamus iu-
dicẽ viuoꝝ atq̃ mortuoꝝ: hoc ẽ caput ecclesię. Cor-
pus huius capitis ecclesia ẽ: nõ quę hoc loco ẽ: sed
Gen.4 quę hoc loco † p totũ orbẽ terraꝝ: nec illa q̃ hoc tpe:
sed ab ipo abel vsq̃ ad eos q̃ nasciturĩ sũt vsq̃ in fi-
nẽ: † credituri in christũ: totus populus sanctoꝝ: ad
vnã ciuitatẽ ꝑtinentiũ: quę ciuitas corpus ẽ christi:
cui caput est christus. Ibi sũt † angeli ciues nostri:
ꝙ nos pegrinamur: laboram⁹: illi autẽ in ciuitate
expectãt aduẽtũ nostrũ. Et hę de illa ciuitate vnde
pegrinamur litterę nobis venerũt: ipę sũt scripturę
q̃ nos hortant vt bñ viuamus. Quid dicaz venisse
lras: Ipe rex descẽdit † factus ẽ nobis via in pegri-
natiõe: vt in illo ambulantes: nec errem⁹: nec defici-
amus: nec in latrocinãtes incidam⁹: nec in laqueos
ruam⁹ q̃ ponũtur iuxta viã. Talẽ g̃ scimus christũ
totũ atq̃ vniuersũ simul cũ ecclesia: ipm aũt solum
natũ de virgine: caput ecclesię: mediatorẽ sez ink deuz Luc.2
† hoies christũ iesũ: ad hoc mediator ẽ: vt eos q̃ re- 1.Timoth.2
cesserũt: ꝑ se recõciliet: Medi⁹ em̃ nõ ẽ nisi inter du
os. Recesseram⁹ a maiestate dei: † peccato nro offẽ
deram⁹ eũ: missus est filius mediator: q̃ sãguine suo
solueret peccata nostra: q̃bus sepabamur a deo: † i-
terpositus redderet nos ei † recõciliaret a q̃ auersi i
peccatis nris † delictis tenebamur. Ipse est caput
nostrũ: ipe ẽ deus eq̃lis patri: verbuz dei ꝑ quỏ facta Joh.1
sũt oia: ꝙ deus vt crearet: homo vt recrearet: de⁹ vt
faceret: homo vt reficeret. Huc intuẽtes: sic audia-
mus psalmũ: Intẽdat charitas vra: Disciplĩa ẽ ista
† doctrina scholę hui⁹: quę vobis valeat nõ ad vnũ
psalmũ intelligendũ: ꝙ ad multos si teneatis hãc re-
gulã. Aliq̃n psalm⁹ nõ solũ psalm⁹: ꝙ † oĩs ꝓphetia:
aliq̃n sic loquit de christo vt caput solũ cõmẽdet: et
aliq̃n a capite it ad corpus: id ẽ ad ecclesiã: † non vi-
det mutasse psonã: qz nõ sepat caput a corpe: ꝙ tan-
q̃ de vno loquit. Videat em̃ charitas vra qỏ dico.
Manifestus ẽ certe psalm⁹ oĩb⁹ vbi de passiõe dñi
dr: Foderũt man⁹ meas † pedes meos: dinume- Ps.21
rauerũt oia ossa mea: Diuisert sibi vestimẽta mea:
† sup vestẽ meã miserũt sortẽ. Hoc † iudei q̃n audi-
unt erubescũt. Euidẽtissime enĩ ꝓphetia de passione
dñi nostri iesu christi ꝓlata ẽ. Delicta aũt nõ habe-
bat dñs noster iesus christ⁹: † tamẽ in capite ipsius
psalmi dicit: Deus deus me⁹ vt q̃d me dereliquisti: Ibidem.
longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. Videtis g̃
q̃d dicat ex psona capitis: q̃d ex psona corpis. Deli-
cta ad nos ꝑtinẽt: passio ꝑ nobis ad caput ꝑtinet: ꝙ
ꝓpter passionẽ illi⁹ ꝑ nobis: † qỏ ad nos ꝑtinet deli-
ctoꝝ debitũ soluit. Sic † in isto psalmo iã istos xp⁹
hesterna die tractauim⁹: † breuit illos cõmẽorem⁹.

Commemoratio versuũ prius tractatoꝝ
cũ expositione sequentiũ.

D

Qui habitat in adiutorio altissimi: in
protectiõe dei cęli cõmorabit. Hoc
cõmẽdauim⁹ charitati vrę in istis versib⁹:
ne quisq̃ in sẽ spem ponat: ꝙ totã spem suã in illo po
nat in q̃ sũt vires nrę. Ex adiutorio enĩ ei⁹ vincim⁹:
nõ ex nra ꝑsumptiõe. Protegit g̃ nos de⁹ cęli: si di-
cam⁹ dño qỏ sequit: Dicet dño susceptor me⁹
es tu: † refugiũ meũ: deus me⁹ sperabo in
eũ. Am̃ ipe eruet me de muscipula venan
tiũ: † a verbo aspero. Dixim⁹ qz multi timẽtes
verbũ aspez incidũt in muscipulã venantiũ. Insul-
tat homi qz christianus est: † pnitet illũ qz christia
nus factus ẽ: † ab aspero verbo incidit in muscipulã
diaboli. Insultat etiã homi q̃ inter multos christia
nos melius viuit: † timens aspera verba insultato-
rũ: incidit in laqos diaboli: vt nõ sit triticũ i area: ꝙ
paleã seq̃t. Qui aũt i dño spat: eruit a muscipula ve-
nãtiũ † a verbo aspero. Quỏ aũt te ꝓtegit de⁹: † In-
ter scapulas suas obũbrabit tibi: Id ẽ am̃ pe
ctus suũ te ponet: vt alis suis te ꝓtegat: si mõ agno-
scas infirmitatẽ tuã: vt q̃si pullus infirm⁹ fugias sb
alas matris: ne a miluo rapiar. Dilui sũt enĩ aereę Eph.2
potestates: diabol⁹ † angeli ei⁹: rapę volũt infirmi-
tatẽ nostrã. Fugiam⁹ sub alas matris sapiẽtię: qz †
ipa sapia infirmata ẽ ꝑter nos: qz xp̃s caro factuz Joh.1.
est. Sicut infirmat gallina cũ pullis suis vt ꝓtegat Matth.23
eos alis suis: Sic dñs noster iesus christus: q̃ cũ in Phil.2.
forma dei esset: nõ rapinã arbitrat⁹ est esse se equa-

lẽ deo: vt infirmaretur nobiscũ: ⁊ alis suis ptegeret nos: semetipm exinaniuit formã serui accipiens: i si militudinem hominũ factus: ⁊ habitu inuentus vt homo. Et sub alis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. Tẽptationes ignorantię timor nocturnus: peccata scientię sagitta volans p diem. In nocte em ignorantia intelligit: in die manifestatio. Sũt qui ignorantes peccãt: sũt qui sciẽtes peccãt. Qui ignorantes peccãt: a timore nocturno supplantant: qui sciẽtes peccãt: a sagitta volante p diẽ pcussi sũt. Hęc autẽ cũ in grauioribus pſecutionibus fiunt: quousq; pueniat tanq; ad meridiẽ: quicũq; illo caloze ceciderit: tanq; a demonio meridiano cadet. Et multi caloze isto ceciderũt: sicut iaz hesterno die exposuim⁹ charitati vestrę: quia feruẽte pſecutione dictũ est: dozqueank christiani donec negent q̃ christiani sũt: Cũ antea solerẽt confessi pcuti: ad hoc postea dozquebank vt negarent. Et cũ oñis reus tam diu dozqueat q̃diu neget: christianozũ pfessio dozq̃bat: negatio dimittebat. Erat ergo tũc magn⁹ est⁹ pſequentiũ. Quicũq; in illa tẽptatiõe ceciderũt: tanq; a demonio meridiano ceciderũt. Et quãti ceciderũt: Multi q̃ se sperabãt sessuros cũ dño ⁊ iudicaturos: illi a latere ceciderũt. Itẽ multi q̃ se sperabãt ad dexterã futuros: in plębe sancta stipendaria tãq; puinciales: q̃ annonã militibus p̃bent: q̃bus dici habet: Esuiui em ⁊ dedistis mihi manducare: ad dexteram em erũt: multi: ⁊ ō ipa spe ceciderũt: ⁊ plures inde: qz plures ibi. Pauciozes em qui cũ dño iudicabũt: ⁊ plures qui stabũt ante illũ: sed nõ vna cõditio eoz: alij ad sinistrã: alij ad dexterã: alij vt regnẽt: alij vt puniank: alij vt audiãt: Venite benedicti patris mei pcipite regnũ: Alij vt audiant: Ite in ignez ęternũ: qui patus est diabolo ⁊ angelis eius. Ergo A ruina ⁊ demonio meridiano: Cadẽt mille a latere: ⁊ dena milia a dextris: ad te autẽ nõ appzopiquabit. Quid: Demoniũ meridianũ te nõ dęjcit. Quid mirũ si caput non dęjcit: Sed nõ dęjcit ⁊ illos q̃ sic hęrent capiti: quomõ ait Aplus: Mouit dñs qui sũt eius. Sũt em quidã ita p̃destinati vt nouerit dñs qui ptineant ad cozp⁹ ipius. Cũ ergo ad hos nõ accedet illa tẽptatio vt dęjciat eos: isti intelligunt in eo qõ scriptũ est: ad te autẽ nõ appzopinquabit. Sed ne illi peccatozes q̃bus tanta licuit exercere in christianos attendanta quibusdã infirmis ⁊ dicak: ecce quid voluit deus vt tantũ impijs ⁊ sceleratis liceat in seruos dei: modicũ cõsidera oculis tuis: oculis fidei: ⁊ videbis retributionẽ peccatoz in finẽ: q̃bus mõ tanta pmittunt vt exercearis. Hoc em sequit: Verũtamẽ oculis tuis cõsiderabis: ⁊ retributionẽ peccatoz videbis. Qm tu es dñe spes mea: altissimus posuisti refugiũ tuũ. Non accedent ad te mala: Dño dicit: Qm tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ: nõ accedẽt ad te mala. Et flagellũ nõ appzopinquabit tabernaculo tuo. Et deinde verba quę audistis iã dicta a diabolo. Qm angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in oñibus vijs tuis. In manibus tollent te: neq̃ offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Cui ꝑ dicit: Cui illõ dixit: qm tu es dñe spes mea. Jã puto ñ eẽ exponẽdũ christianis q̃s sit

Matth. 25

Ibidem

2. Timoth. 2

Matth. 4.

dñs: Si deũ patrẽ intelligũt: Quõ illũ tolliẽt angeli in manibus: ne offendat ad lapidẽ pedẽ suũ: Videtis ergo quia ⁊ christ⁹ dñs dũ loqueret de corpore: subito cępit loqui de capite. Caput nostruz appellatũ ẽ modo: cũ diceret: qm tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Jdeo posuisti altissimuz refugiũ tuũ: quoniã tu es dñe spes mea. Quid sibi hoc vult: Attendat charitas vestra: Qm tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ: Jã ñ ẽ mirandũ: Propterea em sequit: Mõ accedẽt ad te mala: q̃ altissimũ posuisti refugiũ tuũ: Et flagellũ ñ appropinquabit tabernaculo tuo: qm altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Mõ aũt legim⁹ in euãgelio: quia alicubi angeli portauerũt dñm: ne offenderet ad lapidẽ: ⁊ tamẽ intelligimus. Hinc em iã facta sũt: ⁊ nõ fiunt: Hinc em iã facta sũt: ⁊ nõ fiunt: ne causa ꝓphetata sũt: nisi qz futura erãt: Et nõ possumus dicere: postea ventur⁹ est christus: vt nõ offendat ad lapidẽ pedez suũ: Judicatur⁹ em veniet. Ubi ergo completũ est: Intendat charitas vestra. Primo hos versus audite: qm tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Genus humanũ moriri hominẽ nouerat: resurgere nõ nouerat: ideo quid timeret habebat: qõ speraret nõ habebat. Ut ergo ille qui ꝓpter disciplinã fecit timorẽ mozris: propter p̃miũ futurę vitę ęternę daret spem resurrectionis: Mortu⁹ prior resurrexit dñs noster iesus christus: Mortuus est post multos: resurrexit ante oñes. Hoc passus ẽ moziendo: qõ iam multi passi erãt: Hoc iã fecit resurgendo: qõ nullus ante illũ. Quando em hoc accipiet ecclesia nisi in fine: Prędessit in capite qõ membra sperent. Mouit em charitas vestra: quõ inter se dicant. Dicat ergo ecclesia dño suo iesu christo: Dicat corp⁹ capiti suo: Qm tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ: id ẽ ideo resurrexisti a mor. Mara. 16. tuis ⁊ in cęlum ascendisti: vt altum poneres refugiuz tuũ: ascendens vt fieres spes mea: qui in terra desperabam: et me resurrecturum esse non credebã: Modo iam credo: quia ascendit in cęlum caput meũ: quo caput p̃cessit ⁊ membra secutura sũt. Puto iã manifestũ esse qõ dictũ est: qm tu es domine spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuuz. Hoc plani⁹ dixerim: Ut q̃ haberẽ spem resurrectionis quam non habebã: ideo prior resurrexisti: vt quo p̃cessisti: illuc me secuturũ sperarẽ. Vox em ẽ ecclesię ad dominum suũ: vox est corpis ad caput suũ. Moli ergo mirari: Mõ accedẽt ad te mala: ⁊ flagellũ nõ appropinq̃bit tabernaculo tuo. Tabernaculũ dei: caro est. In car ne inhabitauit verbũ: ⁊ caro factũ est tabernaculuz Joh. 1. deo. In ipo tabernaclo impator militauit p nobis: in ipo tabernaculo ab hoste temptatus est: ne miles deficeret. Et qz ipam carnez ostendit oculis nris: qz oculi nri ista luce gaudẽt: ⁊ visibili lumine isto delectant: qz in manifestatiõe posuit carnẽ suaz vt oñes viderẽt: iõ psalm⁹ dicit: In sole posuit tabernaculũ Psa. 18. suũ. Quid ẽ in sole: In apto: in manifesto: i luce terrena: id ẽ in luce q̃ terras de cęlo pfundit: ibi posuit tabernaculũ suũ. Sz quõ ibi poneret tabernaculuz suũ: si nõ tãq; spons⁹ pcederet de thalamo suo: Hoc em sequit. In sole posuit tabernaculũ suũ. Et q̃si diceret ei: quõ: ⁊ ipe inqt: Tãq; spõsus pcedẽs de tha Ibidem. lamo suo: exultauit vt gigas ad currẽdã viã: Hõ ẽ tabernaculũ: Ipa ẽ spõsa: Verbũ spõsus: caro spõsa: ⁊ thalamus vterus v̄ginis. Et q̃d dicit Aplus:

Eph.5 Et erūt duo in carne vna. Sacramentū ꝟ magnum est: ego aūt dico in christo ⁊ i ecclesia. Et qđ ipe do-
Matth.19 minus in euāgelio: Igit iā nō sūt duo: ꝟ vna caro. Ex duobus vnuꝫ: ex verbo ⁊ carne: vnus hō: vnus
Matth.27 deus. Hoc aūt tabernaculū eius sensit flagella i ter-
ra: Manifestū ē: qz flagellat ē dns. Mūqđ in cęlo
refugiū suū: vt eēt spes nra: ⁊ nō ad eū accedāt ma-
la: nec flagellū ꝓpinquabit tabernaculo eius. Lōge
est sup oēs cęlos: sed pedes habet in terra. Caput
Ber.9 in cęlo est: corpus in terra. Cū aūt pedes ipius fla-
gellarent ⁊ calcarent a saulo: clamauit caput: Sau-
Ro.5 le saule qđ me psequeris: Ecce nemo caput psequit:
⁊ ecce caput in cęlo: quia christus resurgens a mor-
tuis: iam nō morit: ⁊ mors illi vltra nō dominabit.
Nō accedēt ad te mala: ⁊ flagellū nō appropinq̄bit
tabernaculo tuo. Sed ne putemus qz sepatū est ca-
put a corpe: discretū est eē locis: sed iunctū est affe-
ctu: ipa affectus cōiūctio clamauit de cęlo: Saule
saule quid me psequeris: Prostrauit eē eū voce ob-
iurgante: ⁊ leuauit dextera miserāte. Qui corp⁹ chri
sti psequebat: factus est membrū christi: vt qō facie
bat ipe ibi pateret. Quid ergo ibi fratres: de capi-
te nostro qđ dictū est: Eē tu es dne spes mea: al-
tissimū posuisti refugiū tuū. Nō accedent ad te ma
b Matth.4 la: ⁊ flagellū nō appropinq̄bit tabernaculo tuo. Di-
cta sūt hęc: Eē angelis suis mandauit de te: vt cu-
stodiant te in oībus vijs tuis. Audistis modo cuz
Matth.5 euāgeliū recitaret: attēdite: Baptizat ē dns: ieiū-
uit. Quare baptizatus: Ut nō aspnaremur baptiza-
ri. Nā cū ipe ioānes diceret dño: Tu ad me vēis ba
ptizari: ego a te debeo baptizari. Et dns: Sine mō:
sic eē oportet nos iplere oēz iustitiā: Voluit ipleri
hūilitatē: vt abluerēt q̄ sordes ñ habebat. Ut qđ h:
Propt superbiā futuroꝝ. Existit eē aliqs catechumi
nus: q̄ forte doctrina ⁊ moribꝰ vincit mltos fideles:
Attēdit iā baptizatos mltos impitos: nō sic viuētes
quō ipe viuit: nō in tanta ꝓtinentia: nō in tanta casti
tate: Jā ille nec vxorē quērit: ⁊ videt aliquādo fide
lem si nō fornicantē: tamē vxore intēperantius vtē-
tem: potest erigere ceruicez supbię ⁊ dicere: qđ mi
hi iā opus est baptizari: vt hoc accipiam qō iste ha
bet: quem iam ⁊ vita ⁊ doctrina ꝓcedo? Quic dns.
Matth.10 Quid ꝓcessisti? Quantū ꝓcessisti? Tantūne quan-
tū ego te? Nō est seruus sup dnm suū: neq̄ discipu
lus sup magistrū suū. Sufficit seruo vt sit sicut dns
J eius: ⁊ discipulo vt sit sicut magister eius. Noli ex-
tolli: vt nō quęras baptismū. Baptismū ḡres dni:
ego serui quęsiui. Baptizatus est ergo dns: ⁊ post
baptismū tēptatus est: ieiunauit quadragīta dieb⁹
Matth.4 in mysterio: qō sepe vobis cōmemoraui. Nō omia
vno tpe dici possūt: ne occupent necessaria tēpora.
Post quadraginta dies esuriuit: qui poterat ⁊ nun
q̄ esurire. Sed quō tēptaret? Aut si ille nō vinceret
Ibidem. tēptatoꝛē: quō discerēs tu cū temptatore pugnare?
Esuriuit: etiā tēptat⁹ audiuit: dic lapidib⁹ istis vt pa
Matth.4 nes fiant: si filius dei es. Quid magnuz erat dño ie-
su christo de lapidib⁹ panē facere: q̄ de q̄nq̄ panib⁹
tot milia satiauit? De nihilo fecit panē. Tanta enim
fuerat mltitudo escę: quę saturaret tot milia? Unde
ꝓcessit? Fōtes panes erāt in manib⁹ dni: Nō ē mi
rū: nā ipe fecit de quinq̄ panibus multos panes vn
de saturaret tot milia; qui facit quotidie in terra de
paucis granis messes ingentes. Jpa eē sūt miracu
la dni: sed assiduitate viluerūt. Quid ergo fratres?
Impossibile erat dño de lapidib⁹ panes facere? Ho
mines fecit de lapidibus: dicente ipo ioanne bapti-
sta: Potens est deus de lapidibus istis suscitare fili- Matth.3.
os abrae. Quare ergo nō fecit? Ut te doceret respō
dere temptatori: vt si forte in aliqua angustia posit⁹
fueris: ⁊ suggesserit tibi tēptator: si christianus esses
⁊ ad christū ptineres: desereret te mō vt non dixisset
tibi auxiliū? Et forte adhuc medicus secat: ⁊ ideo de
serit: Sz nō deserit: Quō paulū ipm iō nō exaudi-
uit? Haz dicit paulus nō se exauditū de stimulo car 2.Cor.12.
nis suę āgelo sathanę: a q̄ colaphizari se dixit: Pro
pter qō dnm ter rogaui vt auferret eū a me: et dixit
mihi: Sufficit tibi gratia mea: nā xp⁹ in infirmitate
pficit. Tāq̄ medico diceret posito forte epithema-
te: molestū ē mihi hoc emplastrū: rogo te tolle illō:
Et medic⁹: Nō op⁹ est: diu ibi sit: nō eē aliter sana-
re poterit. Ęgrotū nō exaudiuit medicus ad volun
tatē: quia exaudiuit ad salutē. Jdeoq̄ fortes estote
fratres: ⁊ quādo aliqua inopia temptami de flagel
lante ⁊ erudiente vos: quib⁹ ⁊ parat ⁊ seruat ęternā
hęreditatē: nō vobis suggerat diabolus: Si iustus
eēs: nōne tibi ꝓ corū mitteret panē: quō misit he- 3.Reg.17
lię? Ubi est qō legisti: Munq̄ vidi iustū derelictuz: Ps.36
nec semē eius quęrens panē? Tu respōde diabolo:
Uerū dicit scriptura: nunq̄ vidi iustū derelictū: nec
semen eius quęrēs panē. Habeo eē panē meū quē
tu nō nosti. Quem panē? Audi dominū: Non in so-
lo pane viuit homo: sed in omni verbo dei. Putas Matth. 4
ne verbū dei nō sit panis? Si nō esset panis: non di-
ceret verbū dei ꝓ qō facta sūt oīa: Ego suz panis Joh. 6.
viuus qui de cęlo descēdi. Didicisti ergo quid respō
deas temptatori in angustia famis. Quid si te sic tē-
ptat vt dicat tibi: si christian⁹ esses: faceres miracu- k
la quomodo fecerūt multi christiani? Tu iaz sugge-
stione mala deceptus: temptares dominū deū tuū:
⁊ diceres domino deo nostro: Si christianus sum:
⁊ sū ante oculos tuos: ⁊ in aliquo numero tuoꝝ me
computas: faciā ⁊ ego aliquid qualia multa fecerūt
sancti tui: Temptasti deū quasi non sis christianus
si hoc facias. Multi talia desiderātes ceciderūt. Nā
Simon ille magus talia desiderauit ab apostolis: qui Act. 8.
spiritūsāctū ꝓ pecunia voluit compare. Amauit po-
tentiā miraculoꝝ: ⁊ nō amauit imitationē humilita
tis. Jdeo quidā discipulus: vel quidā de turba: cuz
vellet sequi dominū: attendens miracula quę facie-
bat: vidit illū dominus superbū nō quęrere viā hu-
militatis: sed typum potentię: ⁊ ait: Vulpes foueas Matth. 8.
habent: ⁊ volucres cęli nidos: filius autez hominis
non habet vbi caput reclinet. Vulpes in te foueas
habent: volucres cęli in te nidos habent. Vulpes
dolus est: volucres cęli superbia est. Sicut enim vo
lucres alta petūt: sic superbi: Et vt vulpes cauernas
habent dolosas: ita omnes insidiatores. Quid er-
go respondit dominus? Potest in te habitare sup-
bia ⁊ dolus: christus nō habet vbi in te habitet: vbi
reclinet caput suū: Quia reclinatio capitis: humili
tas christi est: Nisi reclinaret caput non iustificare-
ris. Talia desiderantes et discipuli: et volentes
iam appetere sedem regni antequaz viam humili-
tatis caperent: quando illi suggestum est a matre
discipulorum: Dic vt yn⁹ sedeat ad dexteram: et Matth. 20

alius ad sinistrā tuā: potētiā quęrebāt: sed ꝙ passionē hūilitatis venit ad potentiā regni. Dit dñs: Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sū: Quid cogitatis altitudinez regni: ⁊ nō imitamini humilitatem meā: Ergo q̄d si sic te tēptet: fac miracula: Me ⁊ tu tēptes deū: q̄d debes respondere: Dō respōdit dominꝰ. Dit illi diabolus: Ditte te deorsū: qz scriptū est: Angelis suis mādauit de te: vt in manibꝰ tollāt te ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Si te miseris: angeli te suscipiēt. Et posset quidē fieri fratres: vt si se misisset dñs: obsequia angelox susciperēt carnē dñi. Sed q̄d illi ait: Jtex scriptū ē: Nō temptabis dñm deū tuuz. Dominē me putas. Ad hoc enī accessit diabolꝰ vt tēptaret vtrū filius dei eēt: Jpe videbat carnē: sed maiestas in operibus apparebat: Angeli testimoniū dixerūt: Jlle videbat mortalē vt temptaret: vt christo temptato doceret christianꝰ. Quid ergo scriptū est: Nō tēptabis dñm deū tuū. Jtaq; nō tēptemus dñm vt dicamus: si ad te pertinemus: miracula faciamus. Redeamus ergo ꝓpter verba psalmi: Angelis suis inq̄t mandauit de te: vt custodiāt te in oībus vīs tuis. Jn manibꝰ tollent te: ne quādo offendas ad lapidē pedē tuū. Sublatꝰ est christus in manibus angelox: quādo assumptus est in cęlū: nō qz si nō portarēt angeli ruiturus erat: ⁊ qz obsequebant regi: ne forte dicatis: meliozes sūt q̄ portabāt q̄z ille qui portabat. Ergo meliora sunt iumenta q̄z homīes: Sed quia infirmitatem hominū portāt iumēta. Nec hoc debemus dicere: Etenī iumēta si se subtrahāt: cadūt q̄ sedent. Sed quomodo debemus dicere: Nā ⁊ de deo dictū est: Cęlum mihi sedes est. Quia ergo cęlū portat: ⁊ deus sedet: ideo melius est cęlū: Sic ergo ⁊ de obsequio angelox in hoc psalmo intelligere poterimus. Nam nō ad infirmitatē dñi ptinet: sed ad illox bonorificētiā: ad illox seruitutē. Resurrexit aūt dñs iesus christꝰ. Propter q̄d: Apostolū audite. Dortuus est ꝓpter delicta nostra: ⁊ resurrexit ꝓpter iustificationem nostrā. Jtē de spiritusancto euangeliū: Spiritus quidē inquit nondū erat datus: quia iesus nondū erat clarificatꝰ. Quę est clarificatio iesu: Resurrexit ⁊ ascendit in cęlū. A deo clarificatus ascensiōe in cęlū: misit spiritū suū sanctū die pentecostes. Jn lege autē in libro moysi Exodo: a die agni occisi ⁊ manducati quinquaginta dies numerant: ⁊ data est lex in tabulis lapideis scripta digito dei. Quid sit digitꝰ dei: euāgeliū nobis exponit: quia digitus dei spiritussanctus est. Quō probamus: Dominus respondens eis q̄ illū dicebāt in nomine beelzebub eijcere demonia: ait: Si ego in spiritu dei eijcio demonia. Alius euangelista cū hoc narraret: Si ego inq̄t i digito dei eijcio demonia. Dō ergo positū est in vno aperte: positū est in altero obscure. Nesciebas quid sit digitus dei: exponit alius euāgelista dicēs euz eē spiritū dei. Digito ḡ dei scripta lex data ē die q̄nq̄gesimo ab occisiōe agni: ⁊ spiritussanctus venit die quinquagesimo a passiōe dñi nostri iesu christi. Occisus est agnus: factū est pascha: impleti sūt q̄nquaginta dies: data ē lex: Sz data est illa lex ad timorē: nō ad amorē. Ut aūt timor ꝓuerteret in amorē: occisus est iustus iam in veritate: cuius typus erat ille agnus quē occidebant iudei. Resurrexit: ⁊ a die pascḥ dñi sicut a die pascḥ agni occisi numerant q̄n quaginta dies: ⁊ venit spiritussanctus iam in plenitudine amoris: non in pęna timoris. Quare hoc dixi: Ad hoc ergo resurrexit dñs ⁊ glorificatus est: vt mitteret spiritū sanctū. Et dixerā iā dudū: qz caput in cęlo est: pedes in terra. Si caput in cęlo: pedes in terra: quid est pedes dñi in terra: nisi sancti dñi in terra: Qui sūt pedes dñi: Apli missi ꝙ totū orbē rerarū. Qui sūt pedes dñi: Omes euangelistę in quibus pagrat dñs vniuersas gentes. Detuendū erat ne euangelistę offenderent in lapidē. Jllo enī in cęlo posito capite: pedes qui in terra laborabāt possent offendere in lapidē. Jn quē lapidē: Jn legē in tabu lis lapideis datā. Me ergo legis rei fierēt: non accepta gratia ⁊ in lege rei tenerent: ipa est enī offensio reatus quos lex tenebat reos: absoluit dñs: vt iā in legē nō offenderēt. Me pedes huⁱ capitis incurrerent in legis reatū: missus est spiritussanctus vt amore petrus ter negauit: nondū enī accepat spiritū sānctū. Accepto postea spūsancto: cū fiducia cępit p dicare. Qui ad vocem ancillę ter negauit: accepto spūsancto inter flagella ꝓncipū ꝓfessus ē quē negauerat. Nō mirꝝ: qz dñs ipm trinū timorē trino amore dissoluit. Resurgēs enī a mortuis ait petro: Pe tre amas me: Nō dixit timeꝰ me. Nā si adhuc time ret: offēderet ad lapidē pedē suū. Amaſ me inq̄t: Et ille. Amo. Sufficiebat semel. Forte mihi sufficeret q̄ cor nō video: q̄nto magꝭ sufficeret dño: q̄ videbat q̄b⁹ medullꝰ viscex suox dicebat petrꝰ: amo: Nō sufficē dño rndere semel: inꝛrogat itex: ⁊ ille rndet: amo. Inꝛrogat ttio: Et iā tędio affectꝰ petrꝰ: q̄si dubitaret dñs nr̄ de amore ipiꝰ: Dñe tu inq̄t sc̄i oia: tu scis qz amo te. Sz dñs cū illo sic ęgit: ⁊ tāq̄ diceret: Ter me negasti timēdo: ter me ꝓfitere amādo. Jsto amore ⁊ ista charitate repleuit discipulos suos. Quare? Quia altissimū posuit refugiū suū: qz clarificatꝰ mi sit spiritū sanctū. Soluit credētes a reatu legi: ne in lapidē offēderēt pedes eiꝰ. Jaz cętera mānifesta sunt fres: qz sępe tractata sunt. Super aspidē ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconē. Qui sit serpēs nostis: quō sup illū calcet ecclia q̄ nō vincit: qz cauet astucias ipiꝰ. Quēadmodū autē sit leo ⁊ draco: puto ⁊ b nosse charitatē vtaz. Leo habet diabolꝰ: Qñ martyres occidebāt: leo erat sęuiēs: Qñ hęretici insidiāt: draco ē surrepēs. Vtici leonē: vince ⁊ draconē. Nō te frędit leo: nō te decipiat draco. Probemꝰ qz leo erat qñ apte sęuiebat. Exhortās martyres petrꝰ ait: Nescitis qz aduersarius vester diabolꝰ tanq̄ leo rugiēs circuit quērēs quē devoret: Apte sęuiēs leo grebat quē devorare. Draco quō insidiat: Per hęreticos. Tales timens paulꝰ ne ab illis corrumpet ecclia a ꝛginitate fidei quā gestabat in corde: ait: Despōsaui enī vos vni viro virginē castā exhibere christo: ⁊ timeo ne sicut

Ibidem

Matth.4

Deut.6

L

Marci.16
Act.1

Ro.4

Joh.7

Act.2
Exo.32.et.19

Exo.31

Matth.12
Luc.11

Act.2

Exo.32.et.19

Matth.4

1.Pet.5

2.Cor.11

quis enim nō potest recedere: quia mixta est palea tritico vsq; dum ventilet. Quid dicimus fratres? Et in ipa area: mira res est de tritico: Recedit a palea cū expoliatur: & non recedit ab area cū triturat. Quando aūt omnino separabit? Cum venerit ventilator. Ergo modo area in orbe terrarū est: necesse est vt si pficis: inter iniquos viuas. Ab iniquis recede nō potes: ab iniquitate recede. Recedat ab iniquitate oīs qui nominat nomen dñi: & erit in orbē terrarū qui non cōmouebitur. ¶ Parata † est sedes tua deus ex † illo. Sedes tua deus ex illo. Ex illo: quid est? Ex tunc. Tanq; si diceret: Quę est sedes dei? Vbi sedet deus? In sanctis tuis. Vis esse sedes dei? Para locum in corde tuo vbi sedeat. Quę est sedes dei: nisi vbi habitat deus? Vbi habitat deus: nisi in templo suo? Quod est templū ei? Aut parietibus instruitur? Absit. Mundus iste est forte templū ipius: quia valde magnus est: & digna res quę capiat dñm? Nec capit eum a quo fact⁹ est. Et vbi capit? In anima quieta: in anima iusta: Ipsa illū portat. Magna res fratres. Certe magn⁹ est de⁹: Fortibus grauis est: at infirmis leuis ē. Quos dixi fortes? Superbos: qui quasi habēt p̄sumptionem virium suarū. Nam infirmitas illa in humilitate: maior fortitudo est. Audi Apostolū dicentem: Quādo infirmor: tūc potens sum. Hoc est quod cōmendauit euāgeliū: q; dñs p̄cinctus est fortitudine qñ humilitatē docebat. Ergo ipa est sedes dei: quę aperte alio loco in p̄pheta dicitur: Super quē requiescet spiritus meus: Id est: vbi requiescit spirit⁹ dei: nisi in sede dei? Audi: quomō describat ipam sedē. Forte auditur⁹ eras marmoratā domū: amplam: spaciosam: atriorum magnitudine: & fulgore tectorum. Audi quid sibi paret deus. Super quē requiescet spiritus meus? Super humilē & quietū: et trementē verba mea. Ecce humilis esto & quietus: vt & in te habitet deus. Altus est deus: nō in te habitat si altus esse volueris. Certe altus vis esse: vt habitet in te deus: humilis esto & tremens verba eius: & ibi habitat. Non timet trementē domū: quia ipe illam firmat. Parata est sedes tua deus ex illo. Ex illo: id est ex tunc: id est quasi quoddā tempus significat extunc. Ex quo? Forte ex die ante sabbatū: Ex illo quia titul⁹ psalmi p̄scribit nobis ex quo. Sexto enī die: id est tempore hui⁹ mundi sexto: venit dominus in carne. Ex illo ergo? Plane ex illo ſm hominē: ex illo ex vtero. Quid enī dicit alius psalm⁹? In splendore sanctorū ex vtero. In splendore sanctorum: id est vt illuminent sancti: vt videant deum in carne: et purgetur cor: vnde videat in diuinitate. In splendore sanctorū ex vtero. Sed quid ibi sequitur? Ne forte ex vtero inde incipe putares esse christū: ante lucifer⁹ inqt genui te. Cum dixisset: In splēdore sanctorū ex vtero: subiecit statim ne putares christum a tēpore esse cępisse ex quo natus est: sicut cępit adam: sicut abraā: sicut dauid: Ante luciferū genui te: ante oīe quod illuminatur. Per luciferū enim aut stellas oīes significat: et per stellas tēpora: quia fecit deus stellas in signo temporū: vt ante tēpa inuenias natū esse christū: et vtiq; q̄ nat⁹ ē ante tempa: nō potest videri natus ex tempe: quia & tēpora creatura dei sunt: Et vtiq; si omnia per ipsum facta sunt & tēpora per ipm facta sūt: aut certe ante omnes spirit⁹ qui illuminātur de sapientia dixit: Ante luciferū genui te. Intēdat charitas vestra. Quomō ergo cum dixisset: Ex vtero: veluti pręcauit fidei nostrę ne inde putaremus cępisse christum ex quo ex vtero virginis natus est: subiecit statim: Antę te luciferum genui te: sic et hic cum dixisset: ex illo: id est ex quodā tempore: ex die ante sabbatū: & in carne sexta ętate mūdi: quādo venit dñs christ⁹ & natus est: Et quia dignatus est homo fieri propter nos deus: nō solum ante abraam: sed ante cęlum et terram: qui dixit: Ante abraam ego sum: Non solū autē ante abraam: sed ante adam: nō solū ante adā: sed ante oīes angelos: ante cęlum & terram: q; om nia per ipm facta sunt: subiecit ne tu intendēs diem natiuitatis domini ex quo natus est: putares ex illo esse cępisse: Parata est sedes tua deus. Sed quis deus? ¶ A sęculo tu es: Ab eterno dixit: ἀπό ἀϊδίου sic habet grecus. ἀϊδίου: aliquādo sęculū ponitur: aliquādo eternū ponitur. Ergo o tu qui ex illo videris natus: ex eterno es. Non aūt nativitas humana cogitetur: sed cogitetur eternitas diuina. Ergo cępit ex quo natus est: creuit: audisti euangelium: elegit discipulos: impleuit illos: cęperūt prędicare discipuli. Forte hoc est quod consequenter dicit. ¶ Eleuauerunt flumina dñe: eleuauerunt flumina vocem suam. ¶ Eleuauerunt flumina † voces suas. Quę sūt ista flumia quę eleuauerūt voces suas? Non audiuim⁹? Necq; quādo natus est domin⁹ audiuimus locuta flumina: nec quādo baptizatus est: necq; quādo passus est audiuimus flumina locuta. Legite euangeliū: et non inuenitis quia locuta sunt flumina. Parū est quia locuta sunt: eleuauerunt voces suas. Nō solum locuta sunt: sed fortiter; magne: excelse. Quę sunt ista flumina quę locuta sunt? Diximus q; in euangelio non legimus: tamē ibi quęramus. Nam si ibi non inuenimus: vbi inueniem⁹? Ego vobis fingere potero: & subito ero non certus dispensator: sed inepte fabulator. In euāgelio quęramus: simul quęram⁹: quę sunt ista flumina quę eleuauerunt voces suas. Stabat iesus & clamabat: dictum est in euangelio. Quid clamabat? Ecce iam ipm caput fluminū clamat: ipe fons vitę vnde sunt flumina curſura: leuauit prior vocem suam. Et quid stans iesus clamabat? Qui credit in me (sicut scriptura dicit) flumina aquę viuę de ventre eius fluent. Euangelista sequitur statim. Hoc autē dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum erant crediturī. Spiritus autem nondū erat datus: quia iesus nondum erat glorificatus. Cum autem glorificatus est iesus in resurrectiōe: & ascēsione in cęlos (sicut nostis fratres) impletis ibi decem diebus propter quoddā sacramentū: misit spiritū suum sanctū: impleuit discipulos. Ipe spiritus magnū flumen: vnde impleta sūt multa flumina. De ipo flumine dicit psalmus alio loco: Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei. Ergo facta sūt flumia currētia de vētre discipulor: cū acceperunt spiritum sanctum: Ipsa flumina accepto spiritu sancto: vnde eleuauerunt voces suas? Quare eleuauerunt? Quia primo timuerunt. Petrus nondum erat flumen quando interrogatione ancillę ter christum negauit dicens: Nescio homi-nem. Nec timens mentitur: nondum eleuat vocem:

Matth. 3.

Al. †non hz.

Al. †tunc.

2. Cor. 12.

Esa. 66.

Ps. 109.

Ibidem.

Gen. 1.

Joh. 1.

Ibidem.

Joh. 7.

Ibidem.

Act. 1.

Ps. 45.

Ps. 44.

Matth. 26.

tondum est flumen. Vbi autem impleti sunt spiritu sancto: accersierũt eos iudei: et pręceperunt eis ne omnino loquerẽtur: neq; docerent in nomine iesu. Act. 4. Petrus autem et iohannes dixerunt ad eos: Si iustum est coram deo: vt vobis obediamus magis q̃ deo: iudicate: Non enim possumus quę vidimus et audiuimus nõ loqui. Eleuauerunt ergo flumina voces suas ¶ A vocibus aquarum multarum. Ad ipam eleuationem vocis pertinet quod ibi scriptum est: Stetit autẽ petrus cum vndecim: et eleuata voce dixit ad eos: Viri iudei: et cętera quibus annunciat iesum sine timore cum magna fiducia. Eleuauerunt enim flumina vocem suam: a vocibus aquarum multarum. Nam et cum dimissi essent apostoli de concilio iudęorum: venerunt ad suos et indicauerunt quanta eis sacerdotes et seniores dixerint. At illi audientes: leuauerunt voces vnanimes omnes ad dominũ et dixerunt: Domine: tu es qui fecisti cęlum et terram: et mare et omnia quę in eis sunt: et cętera quę dicere potuerunt flumina eleuantia vocem suam. ¶ Mirabiles †suspensurę maris. Cum eñ eleuassent voces suas discipuli illi: crediderunt multi: et accęperunt multi spiritumsanctũ: et cęperũt multa flumina clamare de paucis. Ideo sequitur: A vocibus aquarum multarum mirabiles suspensurę maris: id est huius sęculi. Cum cępisset christus tãtis vocibus prędicari: cępit irasci mare: et cęperunt crebrescere persecutiones. Cum eleuassent ergo flumina vocem suam a vocibus aquarum multarum: mirabiles suspensurę maris. Suspensurę: exaltationes sunt: quia quãdo irascitur mare: suspenduntur fluctus. Suspendãtur fluctus quantũ volunt: fremat mare quantum vult: mirabiles quidem suspensurę maris: mirabiles minę: mirabiles persecutiones. Sed vide quid sequitur: ¶ Mirabilis in †excelsis dominus. Compescat se ergo mare: et aliquãdo tranquilletur: detur pax christianis. Turbabat mare: fluctuabat nauicula. Navicula ecclesia est: mare sęculum est. Venit dominꝰ: ambulauit super mare: et pręssit fluctus. Quomodo ambulauit dominus super mare: Super capita istorum fluctuum magnorum spumantium. Potestates et reges crediderunt: et subiugati sunt christo. Ergo non terreamur: quia mirabiles suspẽsurę maris: mirabilis in excelsis dominus. ¶ Testimõia tua †credita facta sunt nimis. Magis q̃ mirabiles erant suspensurę maris: et mirabilis in excelsis dominus. Testimonia tua credita facta sunt nimis. Testimonia tua: quia dixerat illud ante: Hęc dico vobis: vt in me pacem habeatis: in mundo autem pręssuram. Ergo quia mundus pręssuram vobis facturus est dico vobis. Cęperunt pati: et confirmarunt in se quod illis prędixerat dominꝰ: et magis fortes facti sunt. Cum enim videbant impleri in se passiones: sperabant compleri in se et coronas. Et ideo mirabiles suspẽsurę maris: mirabilis in excelsis dominus. Ut in me inquit pacem habeatis: in mundo autem pręssuram. Ergo quid facimus: Segnit mare et extolluntur fluctus: et rabidi fremũt: pręssuras patimur. Nonne forte deficimus: Absit. Mirabilis in excelsis dominus: Ideo et ibi cum discerет: Vt in me pacem habeatis: in mundo autem pręssuram: quasi diceretur: Putas non pręmet nos mundus et extinguet nos: statim subiecit: Sed gaudete: quia ego vici sęculum. Si ergo ait: ego vici sęculum: adhęrete illi qui vicit sęculum: qui vicit mare: Gaudete ad eum: quia mirabilis est in excelsis dominus: et testimonia tua credita facta sũt nimis. Et quid factum est de his omñibus: ¶ Domum tuam decet †sanctificatio domine. Domum tuam: totam domũ tuam: Nõ hic: aut hic: aut ibi: sed domum tuam: tantum per totum orbem terrarum. Quare per totum orbem terrarũ: Quia correxit orbem terrę qui non cõmouebitur. Domꝰ domini fortis erat: per totum orbẽ terrarũ erit. Multi cadent: sed domus illa stat. Multi turbabuntur: sed domus illa non mouebitur. Domum tuam decet sanctificatio domine. Nunquid paruo tẽpore: Absit. In longitudine dierum.

¶ Explicit Tractatus de pš. XCII.

¶ Incipit Tractatus de pš. XCIII.

Sicut intentissime audiuimus cum psalmꝰ iste legeretur: ita intente audiamus cum reuelat dominꝰ quę hic dignatus est opacare mysteria. Ad hoc enim claudũtur quędam sacramenta scripturarum: non vt denegentur: sed vt pulsantibus aperiantur. Si ergo affectu pio et sincera cordis charitate pulsetꝫ: ille aperiet qui videt vnde pulsetis. Notum est nobis omñibus atq; vtinam de numero eorum non simus: multos murmurare adversus dei patientiam: et dolere iniquos homines et impios: vel viuere in hac terra: vel etiam plurimũ posse: et quod est amplius plerũq; plurimum posse malos aduersus bonos: et sępe malos prędere bonos: malos exultare: bonos laborare: malos superbire: bonos humiliari. Attendentes talia: in genere enim humano abundant: peruertuntur impatientes et infirmi animi: quasi frustra sint boni: quia deus auertit vel auertere videtur oculos suos a bonis operibus piorum et fidelium: et augere malos in his quę diligunt. Putantes ergo infirmi frustra se bene viuere: aut inuitantur ad imitandam maliciam eorꝫ quos quasi florere conspiciunt: aut si per infirmitatem: vel personę suę vel animi timent male facere: ne aliquid illis ꝑm leges sęculi mali accidat: nõ quia iusticiam diligunt: sed vt dicam apertius timentes damnari inter hoĩes vel ab hoĩbus: abstinent se quidem a factis malis: sed non se abstinent a cogitationibus malis: Et inter cogitationes eorum iniquas prędicipue caput iniquitatis illa tenet impietas: quia videtur eis deus negligere et nõ curare res humanas: et aut ęqualiter habere bonos et malos: aut etiam quod ẽ pernicioſius cogitare: insectari bonos: et malis fauere. Qui talia cogitat: et si nihil mali alicui faciat: facit plurimum sibi: et in semetipsum impius est: et iniquitate sua non lędit deũ: sed interficit se: nec nocent homñibus: quia timidi sunt qui talia cogitant: sed tamen homicidia eorum: adulteria eorũ: fraudes et rapinas eorũ videt deus: et punit i cogitationibus eorũ. Quid enim velint: ille attendit cuius oculus non repellitur carne: vt non videat voluntatẽ. Tales si occasiones inueniãt: nõ mali fiũt sed manifestantꝫ: nõ vt sentias quid natum sit manifestum: sed vt intelligas qõ latebat inclusum. Paucis his annis: et prope hesterno die viderũt hęc ho-

mines: ꝛ ꝓbauerũt etiã qui tarde intelligunt. Erat enim hic vna domus potentissima ad tempus: de qua flagellũ fecerat deus generi humano: ꝛ castigatum est inde genus humanũ: sic cognoscat flagellũ patris: ꝛ timeat sententiã iudicis. Cum ergo esset hic eadem domus magna: multi sub illa gemebãt: murmurabant: reprehẽdebant: detestabantur: blasphemabant: Quomõ se artant homĩes: ꝛ dãtur diuino illo iudicio: Multi in ꝓcupiscentias cordis sui subito euertebant ipam domũ illi qui murmurabant de ipa domo: ꝛ ab eis talia homines patiebãtur: qualia se pati ipi a talibus pauloante querebantur. Bonus ergo ille est qui ꝛ quãdo potest mala facere non
Eccl. 31. facit: De quo scriptum est: Qui potuit trãsgredi et nõ est transgressus: et facere mala et nõ fecit: Quis est hic et laudabim⁹ eum: Fecit enim mirabilia in vita sua. Loquebat scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus eñ tantũ vult nocere quantum leo: Dissimiliter nocent: sed nõ dissimiliter cupiunt. Leo enim nõ solum contẽnit canem latrantẽ: sed etiam fugat: ꝛ venit ad ouile: et obmutescentibus canibus rapit quod potest: Lup⁹ nõ audet inter latrãt⁹ canum. Nunquid ꝓterea quia nõ potuit auferre a canibus territus: innocẽtior remeauit: Docet ergo deus innocentiã: vt quisq; innocens sit: nõ timore pœnę: sed amore iusticię. Tũc enim liber est innocẽs: ꝛ verus est innocẽs ẽ. Qui autẽ timore innocẽs est: nõ est innocens: q̃uis nõ noceat cum vult nocere. Non enim nocet alteri p effectũ malum: sed sibi plurimũ per cupiditatẽ malam. Nã quomõ sibi no-
Ps. 10. ceat: audi scripturam: Qui autem amat iniquitatẽ: odit animã suam. Et reuera multum errãt homĩes qui putant iniusticiã suam alĩs nocere: ꝛ sibi nõ nocere. Ad alios ꝓcedit iniquitas cuiuslibet: vt corpori noceat: vt rem familiarẽ lędat: vt villam inuadat: vt mancipiũ abducat: vt aurum auferat: aut argentũ: vel si quid aliud possidet: Ad hoc ꝓfertur illa iniquitas ad alterum. Ergo iniquitas tua alieno corpori nocet: tuo animo nõ nocet: Contra istã simplicem veracẽq; doctrinam qua insinuat hominibus bonis: vt ipam iusticiam diligant: et ex ea placere deo velint: ab illa intelligant luce quadã intelligibili pfundi animã suam: vt faciant iusta opera: ꝛ illam lucem sapiẽtię omnibus quę in sęculo diligunt ꝓponant: Contra istam doctrinã talia murmura sũt hominũ: etsi nõ ꝓcedunt in voce: roduntur in corde. Quid ergo dicunt: Vere placitur⁹ sum deo per iusticiã: Aut iusti illi placẽt: sub cui⁹ ipio mali florẽt: Tanta mala cõmittũt: ꝛ nihil illis euenit mali: Aut si forte euenit aliquid mali: quid tibi dicunt illi cum eis cęperis dicere: Ecce quanta fecit mala: quomõ illi redditũ ẽ: qualẽ exitum habuit: Incipiũt illi cogitare iustos quib⁹ mala euenerũt: ꝛ opponunt nobis: ꝛ dicunt: Si illi ꝓpterea mali accidit aliquid quia iniquus fuit: illi quare accidit qui tam iuste vixit: Qui elemosynas tantas fecit: qui tam multa bona opatus est in ecclesia: quare talem forte inuenit: Quare talẽ exitũ habuit: qualẽ ille homo qui mꝰta iniqua cõmisit: Ad hoc aũt ista dicunt: vt ostendãt se ꝓpterea nõ facere mala: quia non possunt: aut quia nõ audent. Nam quid velit cor: lingua testat. Et quidem etiã si lingua obmutescęret: ꝛ ipa timore cõpressa esset: deus videret intus quid cogitaret homo: si etiam aliũ hominẽ lateret. Tacitas ergo cogitationes hominũ tales: aut etiam erumpentes in verba vel facta: curat iste psalm⁹: si curari velint. Intendant ergo ꝛ curẽtur. Atq; vtinã in hac multitudine tota quę nũc est inter istos parietes: ꝛ audit per nos verbũ dñi: nulla sint talia vulnera quę curẽtur: Utinã nulla sint: Nõ tamẽ rẽ supfluam facim⁹ dicere: si nulla ibi sunt vulnera. Instruant corda ad sanãdos alios: cum audire talia cępint. Credo eñ quia vnusquisq; christian⁹ cum audierit aliquem dicentẽ talia: si bonus fidelis est: ꝛ bene credit deo: et spes eius est in futuro sęculo: nõ in hac terra: non in hac vita est: et nõ frustra audit vt sursum cor habeat: irridet ꝛ dolet talia murmurãtes: et dicẽ sibi: Deus nouit quid agat: nos nõ possumus nosse consilium ipius: quare parcit malis ad tẽpus: vel quare laborẽt boni ad tẽpus: Sufficit tamen mihi hoc scire: quia ꝛ ad tẽpus laborat bonus: ꝛ ad tempus floret malus. Qui ergo talis est: securꝰ est: et patienter fert omnes fęlicitates malorũ: ꝛ labores bonorũ: donec transeat iniquitas. Jam talis beatus est: ꝛ eruditur cum deus de lege sua: et mitigauit eũ a diebus malignis: donec fodiat peccatori fouea. Qui vero nõdũ est talis: audiat per nos quod dño placet: Plura autẽ ipe dicat in corde: qui melius videt vulnus quod curet. Psalmus hunc titulũ habet: id est hãc inscriptionem: ¶ Psalmus ipsi dauid quarta sabbati. Nocturus est psalmus iste patiẽtiam in laborib⁹ iustorũ: Cõtra iniquorum fęlicitates patientiã docet: patiẽtiã ędificat: Hoc habet totus a capite vsq; in finẽ. Quare ergo talẽ habet titulũ: in quarta sabbati: Una sabbati: dies dominic⁹ est. Secũda sabbati: secunda feria: quem sęculares diem lunę vocãt: Tertia sabbati: tertia feria: quẽ diem illi martis vocant. Quarta ergo sabbatorũ: quarta feria: qui mercurij dies dicitur a paganis et a multis christianis: sed nolumus vt dicant: atq; vtinã cogantur vt nõ dicant. Sic eñ habẽt linguam suam: qua vtantur. Non eñ ꝛ in omnibus gentibus ista dicũtur. Multę gẽtes alię atq; alię aliter vocãt. Decus ergo de ore christiano ritus loquẽdi ecclesiastilius ꝓcedit. Tamen si quem forte consuetudo trahit: vt illud exeat ex ore quod improbat corde: intelligat illos omnes de quorũ nominibus appellata sũt
L sidera homines fuisse: nec ex eo esse cępisse ista fidera in cęlo: exq; illi esse cęperũt: Et ante ibi fuerunt: ꝑ beneficia quędam mortalium mortalia illi homines pro tẽpore suo: quia plurimũ potuerunt ꝛ eminuerunt in hoc sęculo cum chari essent hominibus: nõ propter vitã ęternam: sed propter cõmodũ temporale deferebantur eis diuini honores. Veteres enim vates decepti: ꝛ decipere volentes: in eorum adulationẽ q̃ sibi aliq̃d fm amorẽ sęcli ꝓtitissẽt: fidera ostendebant in cęlo: dicentes: q̃ illius esset illo sidus ꝛ illud illius. Homĩes autẽ qui ante nõ aspexerant vt viderent: quia ibi erant et illa fidera antequã nascerent: decepti crediderũt: et cõcepta est opinio vanitatis. Hanc opinionẽ errozis diabolus confirmauit: christus euertit. Nos ergo fm q̃ loquimur
L quarta sabbatorum: quartus dies intelligitur a die dominica. Attendat itaq; charitas vestra quid sibi velit iste titulus. Hinc grande mysterium: ex

rentera occultum. Nam plerꝙ ipsius psalmi manifeste sonant: ⁊ manifeste mouentur: ⁊ cito intelliguntur. Hic autem titulus quod fatendum est habet non parū obscuritatis: sed aderit dñs ⁊ serenabit nubilum: ⁊ videbitis psalmū: ⁊ ex fronte psalmi cognoscetis eum. In fronte eñ habet psalmus iste: psalmus ipsi dauid quarta sabbatorū. In limine est titulus: in postibus fixus est. Volūt homies titulum cognoscere: ⁊ sic domum intrare. Recolamus ergo scripturā sanctā in Genesi: primo die quid sit factū: Gen.1. inuenimus lucem. secūdo die quid sit factū: inuenimus firmamentū qđ appellauit deus celum. tertio die quid sit factū: inuenimus speciē terrę ⁊ maris: ⁊ segregationem: vt oñis congregatio aquarū vocaretur mare: ⁊ arida vocaretur terra. Quarto die: luminaria ⁊ stellas ī potestatē noctis: Hoc quarto die fecit. Quid sibi ergo vult quod de quarto die accepit psalmus titulū: In quo psalmo docet patiētia adiuuari paulū apostolū dicentē sanctis fidelibus roboratis ī christo: Oñia facite sine murmuratiōe ⁊ dispensatione: vt sitis irreprehensibiles ⁊ sinceres: immaculati filij dei in medio nationis tortuose ⁊ peruerse: in quibus apparetis sicut luminaria in mūdo: verbum vitę habentes. Similitudo de luminaribꝰ data est ad sanctos: vt sine murmuratione sint in natione tortuosa ⁊ peruersa. Sed ne quisꝙ ꝓpterea putet colenda esse ⁊ adorāda luminaria cęli: quia inde aliqua similitudo ducta est ad significationē sanctorum: prius hoc explicemus in nomine christi: cꝝ nō sit consequens vt ꝓpterea tibi videatur adorandus sol: aut luna: aut stellę: aut celum: quia aliqua de illis similitudo ducta est: qua significarent sancti: cū multa sunt de quibus ducta est similitudo ad significandos sanctos quę nō adorātur. Si eñ quicquid est vnde similitudo ducit ad sanctos: adorandū tibi est. Psa.113. puras: adora montes ⁊ colles: quia dictū est: Montes exultauerūt velut arietes: ⁊ colles velut agni ouium. Tu de sanctis dicis: ego de ipso christo dico. Apoc.5. Adora leonē: quia dictū est: Vicit leo de tribu iuda. 1.Cor.10. Adora petram: quia dictū est: Petra aūt erat christus. Si autē non adoras in christo ista terrena: cꝝdos sanctos: de quacūꝙ creatura ducta fuerit similitudo: tu intellige similitudinem creaturę: et adora Sap.13. artificem creaturę. Dictus est sol dñs noster iesus Iob.9. christus: Nunqđ iste sol quē ⁊ minutissima animalia nobiscum vident? Sed de quo dictū est: Erat lumen verū quod illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. Nam lux ista nō hominē solū illuminat: sed ⁊ iumēta ⁊ pecora ⁊ oñia animalia. Qđ autem illuminat omnē hominē: in corde illuminat: vbi intellectū solum habet. Intelligat ergo charitas Phil.2. vestra quibus dixit Apostolus: in natione tortuosa et peruersa: id est inter iniquos in quibus apparetis sicut luminaria in mūdo: verbū vitę habentes: qđā modo admonuit nos: ⁊ istum psalmum intelligere: et ꝓgnoscere titulū ipius. Tales eñ sancti in quibꝰ est verbum vitę: de cōuersatione quā habēt in celo: despiciūt oñia iniqua quę fiunt in terra. Et quomō luminaria in celo per diē et per noctē ꝓcedunt: persagunt itinera sua: cursus suos certos habēt: ⁊ committūtur tāta mala: nec deuiant desup stellę fixę in celo agentes per tractus celestes: quę illis ꝓstituit et constituit creator ipōrū: sic debēt sancti: sed si ī celo figātur corda eorum: si nō frustra audiāt ⁊ respōdeant sursum se habere cor: si imitētur eum qui ait: Nostra aūt conuersatio in celis ē. Qui ergo sunt in supernis: et de supernis cogitant: sicut dictum est: Phil.3. Vbi est thesaurus tuus: ibi ē et cor tuum: de ipis cogitationibus supernorū patiētes fiunt: et quicquid in terra cōmittitur: sic nō curant donec peragāt itinera sua: quemadmodum non curant luminaria celi: nisi quō exerceant dies ⁊ noctes: cꝝuis tanta mala videāt fieri sup trā. Sz facile ē forte vt ferāt iusti iiqtates malorū ꝙ nō ī ipos fiūt: Sz sic ferūt ꝙ ī alios fiūt: sic ferāt ⁊ ꝙ in ipos fiūt. Nō eñ ꝓpterea debent ferre ⁊ tolerare: qz in alios fiūt: Et si in se fiant: nō debent pdere tolerantiā. Nam qui pdiderit tolerantiam: cecidit de celo. Qui autē fixū habet cor in celo: terra ipius laborat in terra. Quanta ⁊ de ipis luminaribus fingūt homies: ⁊ patiēter ferunt: quō iusti patiēter debent ferre omnes etiam de se falsas criminatiōes? Nocipm quod iam dudū dixi: qz illa stella mercurij est: et illa stella saturni est: ⁊ illa stella iouis est: conuitia fiunt stellis. Quid illę: cū audiunt tanta conuitia? Nunquid mouētur: aut non exercent cursus suos? Sic ⁊ homo qui in natiōe perPhil.2. uersa ⁊ tortuosa habet verbum dei: sicut luminare ē fulgens in seculo. Quanti qui sibi videtur honorare solē: de illo mentiūtur: Qui dicūt christus ē sol: mentiūtur de sole. Mouit sol dñm suum esse christū et creatorē suū: Et si indignari potest: acerbius indignat contra falso honorantē: cꝝ contra contumeliosum. Seruo eñ bono: maior contumelia est iniuria dñi. Quanta falsa de ipis luminaribus quidam dicūt: ⁊ ferūt: tolerant ⁊ nō mouētur. Quare? Quia in celo sunt. Celum aūt quid est? Nec hoc ꝓtermittamus. Quędam de luna mentiūtur homies: quādo videt obscurari lunā: ⁊ dicunt: malefici illam reponunt: cum certis temporibꝰ defectū suū habeat ꝟm dei dispositionē: Nō curat tamen ista verba hominū illa quę in celo est. Sed quid est: ī celo? In firmamento celi est. Cuius ergo cor in firmamento libri dei est: illa nō curat. Nam celū id ē firmamentū: intelligiť p figurā liber legis. Ideo quodā loco dicitur: Extendēs celum sicut pellē: Si extendiť sicut Psa.103. pellis: tanꝙ liber est extētus vt legatur. Transacto aūt tempe quo legitur lex: propterea eñ legitur lex: quia nondū venimus ad illam sapientiam quę implet corda et mentes intuentium: et nō opus erit vt aliquid ibi nobis legatur: quia in eo qđ nobis legitur: syllabę sonāt et transeūt: illa aūt lux veritatis nō pręterit: sed fixa permanens inebriat corda videntium: quomodo dictum est: Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: ⁊ torrente delitiarū tuarū potabis Psa.35. eos: qñ apud te est dñe fons vitę. Et vide ipm fontem: In lumine inquit tuo videbimus lumen. Modo Ibidem. ergo lectio necessaria est: cꝝdiu ex parte cognoscimus: et ex parte ꝓphetamus: sicut dicit Apostolus: 1.Cor.13. cū aūt venerit quod pfectum est: auferet qđ ex parte ē. Nō eñ liber necessarię erit: neꝙ legemꝰ ī illa ciuitate hierl'm vbi āgeli viuūt: vñ nos mō pegrinamur: ⁊ pegrinatio nostra gemit: gemit aūt si scimꝰ qz peregrinamur. Mā odit valde patriā: qui putat sibi

bene esse cū pegrinatur. Nunquid ī illa ciuitate vbi sunt angeli euangeliū legitur: aut Aplus: Verbo dei pascūr: Aō verbū dei vt sonaret nobis ad tēp⁹:
Job.j. verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Sz tamē ipa lex quę scripta est: firmamentū nobis est: ibi si sit coz nostrū nō cōpellitur iniquitatib⁹ hominum.
Ps̄.103. Dictū est ergo: Extendit cęlum sicut pellē. Cū aūt
Esa.54. transeūt tpa necessitatis libzoz̄ū: fit qō dictū est: Cę
J lum plicabit vt liber. Qui ergo sursum habet coz: ipm coz ipi⁹ luminare est: Jn cęlo fulget: nec vincit tenebzis: Jnfra em̄ sunt tenebzę: tenebzę aūt iniquitas: nō incōmutabiles tenebzę. Jam ⁊ hesterno die cōmemozauim⁹. Sed qui hodie tenebzę sunt: si velint: cras lux erunt. Qui tenebzę huc ingressi sunt: si velint iam lux esse possunt. Aperte em̄ Apostolus ne quis putaret naturales esse iniquitates quę mu/
Eph.5. tari nō possūt: Fuistis em̄ inquit aliquādo tenebzę: nūc aūt lux in dño: sicut filij lucis ambulate. Lux ī quit in dño: nō in vobis: Coz ergo in libzo. Si coz ī libzo: coz in firmamēto cęli. Si ibi ē coz: inde lucet: ⁊ nō mouebit iniquitatib⁹ ſbterpositis: nō quia ī cę lo ibi est per carnē: sed quia ibi est p conuersationē:
Phil.3. scōm qō dictū est: Nostra aūt cōuersatio in cęlis ē. Nō potes cogitare illam ciuitatē: quia nondū vi/des. Vis cogitare cęlum: Libzum dei cogita. Audi
Ps̄.1. psalmū: Et in lege eius meditabit die ac nocte. Et ibi hic beatus dict⁹ est: qui nō abūt in cōsilio impi/
Jbidem. ozum: ⁊ in via peccatozū nō stetit: ⁊ in cathedra pestilentię nō sedit: sed in lege dñi fuit voluntas eius. Vide lumiare in cęlo: Et in lege eius meditabit die ac nocte. Vult patiēter ferre oia: Nō descendat de cęlo: ⁊ in lege eius meditetur die ac nocte. Ergo in celo coz eius. Si in cęlo coz eius: oñes iniquitates quę fiunt in terra ad tempus: oñes felicitates malorum hominū: omnes labozes iustoz: meditanti die ac nocte legē dei: nulla sunt: ⁊ patiēter tolerat oñia: et erit beatus erudit⁹ a deo. Et quomō in firmamē to cęli: Quia lex firmamentū est. Beatus vir quē tu erudieris dñe: ⁊ ex lege tua docueris eū: vt mitiges eum a diebus malignis: donec fodiat peccatori fouea. Attendite ergo luminaria quomō ꝓcedūt et occidūt: ⁊ redeunt: Agūt cursus suos: distinguūt diem et noctem: voluunt annos et tempoza: et tanta mala fiunt in terra: illis quietē in cęlo habentib⁹. Quid est ergo quod docet nos deus: Jam attendamus psalmum.

Expositio psalmi.

Ik Ar. tlibere. Deus vltionū dñs: deus vltionum †fidenter ęgit. Tu putas quia non vindicat: Qui vindicat: deus vltionū est. Quid est: deus vltionum: Deus vindictarū. Jn eo certe murmuras: quia nō vindicat in malos. Noli murmurare: ne inter illos sis in quos vindicat. Facit ille furtū ⁊ viuit: Tu murmuras aduersus deū: quia non mozitur qui tibi furtū fecit. Si iam non facis furtū: vide. Si em̄ iam nō facis: vide ne aliquando feciſti. Si iam dies es: recole noctē tuā. Si iā in cęlo fixus es: recole terrā tuā. Jnuenis te furē fortasse fuisse alīqñ: ⁊ aliquē aliū forte stomachatū: qz ⁊ tu furtū faciens vixisti: ⁊ nō es mozt⁹. Quō aūt tu qñ faciebas: iō vixisti vt postea nō faceres: noli qz tu trāsisti: velle miscōię dei pontem subuertere. Nescis illuc multos trāsituros: q ⁊ tu trāsisti: Esses mō qui murmurares: si aduersus te audiret q ꝓzor ꝛc te murmuraūit: Et tū ⁊ nūc optas vindictā dei in malos: vt furmoziat: ⁊ murmuras aduersus deum: qz fur nō moriat: ⁊ murmuras aduersus deum: qz fur nō mo/rit. Appēde in stathera equitatis: furem ⁊ blasphemū. Jam dicis qz fur nō es: sed murmurādo aduersus deū: blasphem⁹ es. Ille captat somnū hoīs vt aliquid inuolet: ⁊ tu dicis qz dormit de⁹ ⁊ hoīem nō videt. Ergo vis vt ille cozrigat manum: ꝓzor tu lingua cozrige. Vis vt ille cozrigat coz aduersus hominē: tu cozrige coz aduersus deum: ne forte cū optas vindictā dei: si venerit te ꝓzorē inueniat. Mā illa veniet: Veniet ⁊ vindicabit pseuerātes ī neqtia sua: ītoz ꝓzogationi miscōię ipius: ingratos patiētię ipius: Ro.2. thesaurizātes sibi irā in die irę ⁊ reuelatiōis iusti iu/dicij dei: qui reddet vnicuiqꝫ scm opa ei⁹: quia deus vltionū dñs: deus vltionū: ideo fidenter ęgit. Nulli em̄ pepcit: qñ hic locutus est: ipe dñs erat in carnis infirmitate: sed in virtute sermonis nō accepit pso/nas ꝓncipū iudęoz̄ū. Quāta in illos dicit: ⁊ quō dictū ē fidēr: Ęgit ve ī fiducia: qz scptū ē ī psalmis ō illo: Propter miseriā inopum ⁊ gemitū pauperum: Ps̄.11. nūc exurgā dicit dñs. Qui sunt paupes: Qui sunt inopes: Qui spem nō habēt nisi in illo solo: in quo solo spes nō fallit. Attēdite fratres: q sunt paupes ⁊ inopes. Nō oñino paupes qui nihil habent videt dici a scriptura: qñ laudant paupes. Jnuenis enim paupem hoīem: q qñ patit aliquā iuriā: nō attēdit nisi patronū suū: ī cui⁹ forte domo manet: cui⁹ inq/lin⁹ est: cui⁹ colon⁹ ē: cui⁹ clients est: ⁊ ideo se indigne pati asserit: qz ad illū ptiet: Coz ipi⁹ ī hoīe: spes ipi⁹ in hoīe: cinis in cinere. Sūt aūt ⁊ alij qui opulēti sunt: ⁊ honozib⁹ scōm tps humanis fulciunt: ⁊ tñ nec in pecuniam suam spem ponūt: nec in fundis suis spem ponūt: nec in familia sua spem ponūt: nec in claritate trāsitozię dignitatis: sed totam spem ī illo ponūt: cui nō succedit: qui mozi nō pōt: qui falli et fallere non pōt. Tales etsi multa vident habere fm sęculū: bene tñ ea gubernāt ad refectionē indigētiū: inter paupes dñi numerant. Vident em̄ piculose se viuere in hac vita: sentiūt se esse pegrinos: sic diuersanť in opulentia diuitiarū suarū: quō viatoz in stabulo: trāsiturus: nō possessur⁹. Ergo qd dñs: Ꝓzopter miseriā inopū ⁊ gemitū paupeꝝ nūc exurgā dicit dñs: ponā in salutari. Salutaris nr: saluatoz noster est. Jn illo voluit ponere spem ⁊ gemitū oīm ī/opū. Et qd ait: Fiducialiter agā in eo. Quid est: fi/ducialiter agā: Nō timebit: nō parcet vitijs ⁊ pcu/piscētijs hoīm. Vere medic⁹ fidelis: medicinali ferro sermonis instruct⁹: secuit oia vulnera. Jō qz talis ꝓdict⁹ ⁊ ꝓnūciat⁹ erat: talis etiā iuēr ē: Loqbat Matth.9 ín mōte vbi dixit: Bti paupes spū: qm ipoꝝ est re/gnū cęloꝝ. Jbi bti dicti sunt: q psecutionē patiūtur ꝓpter iusticiā. Jn ipo sermōe dixit: Quia ipoꝝ ē regnū cęloꝝ. Et vt faceret illos luminaria: id est patiēter tolerātes oia ista iniq q transeūt: Bti eritis inqt Jbidem. cū vos psecuti fuerint: ⁊ dixerint oñe malū aduersum vos: gaudete ⁊ exultate: qz merces vra magna est ī cęlis. Deinde in ꝓgressu sermōis cū docere inciperet: cuius eū turba circūdaret: dixit talia discipulis suis: q ferirēt facie pharisęoꝝ ⁊ iudęoꝝ: qz qsi pz mat⁹ habebāt exponēdaꝝ scpturaꝝ oīm: q sibi qsi iusti videbāt: vel videri se arbitrabāt: ⁊ ad qꝝ ꝓmā/tū plębis obsequiū videbāt obtēpare: nō pepcit: ꝛ

Matth.6. dixit: Cū ieiunatis nō eritis sic hypocritę: q̄ amāt in synagogis ⁊ angulis plateaꝝ stātes orare vt videant ab hominib⁹: ⁊ cętera talia. Tetigit homies: non timuit aliquē. Et cū terminasset ihm sermonē: conclusit de illo scriptura euāgelij sic: Factū est inquit cū cōsummasset ihesus verba hęc: admirabant turbę super doctrina eius: Erat em̄ docens eos tanq̄ ptātē habens: nō quasi scribę eoꝝ ⁊ pharisęi. Quanta ergo ille de quo dictū est: erat docēs eos tanq̄ ptātē habens: quāta dixit: Vę vobis scribę ⁊ pharisęi hypocritę: quāta in illos corā in facie: Neminē timuit. Quare: Quia deus vltionū ē: Ideo nō parcebat in verbo: vt essent postea quib⁹ parceret in iudicio: q̄a si nollēt accipe verbi medicinā: incursuri erant vtiq̄ et inuēturi iudicis sententiā. Quare: Quia dixit deus vltionū dñs: deus vltionū fideliter ęgit: id ē nulli pepcit in verbo. Qui in verbo nō pepcat patitur⁹: parcet in sentētia iudicatur⁹: Qui neminē timuit in humilitate: timebit quēq̄ in claritate: Ex eo q̄ fideliter ęgit: cogita quō sit acturus in fine ęculi. Nolite ergo murmurare aduersus deū: qui quasi parcit malis: sed esto bonus cui forte ad tps in flagello nō parcat: ⁊ in fine parcat in iudicio. Deus vltionū dominus: de⁹ vltionū fideliter ęgit. Et q̄ fideliter ęgit: illi nō tulerūt fiduciā eius. Et q̄ humilis venerat: et carne mortali indut⁹ erat: ⁊ mori venerat nō facere q̄ peccatores: sed pati q̄ petōres: q̄ ꝓpterea venerat vt cū fidē ęgisset: ⁊ illi ferre nō posset fiduciā eius in verbo: q̄d fecerūt: Tenuerūt: flagellauerūt: illuserūt: colaphizauerūt: sputis illinierūt: spinis coronauerūt: in cruce leuauerūt: postremo occiderūt. Sed quid sequit q̄ fideliter ęgerit: ¶ Exaltare q̄ iudicas terrā. Quia tenuerūt humilē: tenebunt excelsum: Puta q̄ iudicauerūt mortalem: nōne ab immortali iudicabunt: Quid ergo ait: Exaltare tu qui fideliter ęgisti: ⁊ fiduciā verbi tui nō sunt passi inimici: ⁊ putauerūt se aliquid ęgisse: q̄ te cōprehēderent: qui te deberēt fide cōprehēdere: cōprehēderūt ꝑsecutione. Tu ergo qui fidenter ęgisti inter iniquos: ⁊ neminē timuisti: ⁊ q̄ passus es: exaltare: id est exurge: vade in ęternū: patiat⁹ ⁊ ecclesia patienter: q̄ passum est caput ecclesię patiēter. Et exaltare qui iudicas terrā ¶ Redde retributionē superbis. Redditur⁹ est fratres. Quid est em̄ q̄ dictū est: Exaltare qui iudicas terrā: redde retributionē superbis: Prophetia est p̄dicentis: nō audacia iubentis. Nō em̄ q̄ dixit ꝓpheta: Exaltare qui iudicas terrā: obtemperauit ꝓphetę christus vt resurgeret ⁊ iret in ęternū: sed q̄ hoc facturus erat christus: hoc dixit ꝓpha. Nō io fec̄ christ⁹ q̄ ꝓpheta p̄ dixerat: sed ideo ꝓpheta p̄dixit: q̄ ille facturus erat. Videt humilē christū in spiritu: videt humilē: neminē timētē: nulli parcentē in verbo: ⁊ dicit: fideliter ęgit: Videt illū crucifixū: videt illū humiliatū: videt illū resurgentē et in ęternū euntē: ⁊ venturū inde ad iudiciū eoꝝ inter quoꝝ manus passus est omnia mala: Exaltare inq̄t qui iudicas terrā: redde retributionē superbis. Superbis reddet nō humilibus. Qui sunt superbi: Quibus parū est q̄ mala faciūt: sed ⁊ defendere peccata sua volunt. Nāq̄ de his qui crucifixerunt christū facta sunt postea miracula: quādo de ipso numero iudeorum crediderūt: ⁊ donatus est illis sanguis christi.

Waldem. Acc.1.

Impias manus et cruentas de sanguie christi porrabāt: lauit eos ipe cui⁹ sanguinē fuderūt: Adiūcti sunt corpi ipius: id est ecclesię q̄ corpus ei⁹ mortale: q̄ viderant ꝑsecuti sunt: Fuderunt ꝓcium suum vt biberent przeciū suū. Nāq̄ postea plures cōuersi sunt: Cū multa miracula fierent ab apostolis: aliquot hominū milia vna die crediderūt: ⁊ tā i ꝓpinquo inuēti sunt: vt oīa sua quę habebāt venderēt: Act.2.et.4. et przeciū rerū suarū ad pedes apostolorū ponerēt: ⁊ vnicuiq̄ distribuebat quō cuiq̄ opus erat: ⁊ erat illis vna anima: ⁊ cor vnū in deū: de ipis crucifixoribus dñi. Sed quare nō illis redditū est: Quia reddetributionē superbis dictū est: illi aūt noluerūt esse superbi. Etenim cū viderent multa miracula fieri p̄ nomen christi quē se putabant interfecisse: commoti miraculis: audierūt a petro in cuius nomine illa fierēt. Non enim sibi arrogare serui voluerūt potentiā dñi sui: vt dicerent a se factū esse q̄d ille in ipsis faciebat. Honorē ergo serui dederunt dño suo: dixerūt: quia quę illi mirabātur: in nomine eius fierent quē illi crucifixerūt: Et facti sūt būiles: cōpuncti sunt corde: conturbati sunt cōfitentes peccatū suum: ⁊ consiliū quęsierunt dicentes: Quid ergo faci- Act.2. emus: Non desperāt de salute: sed quęrunt medicinam. Tunc ait illis petrus: Agite pœnitentiam: ⁊ baptizetur vnusquisq̄ vestrū in noie dñi nri ihesu christi. Qui egerūt penitentiā humiles fuerūt. Non ergo illis redditū est: quia vide quid dicat psalm⁹ iste: Exaltare qui iudicas terrā: redde retributionem superbis. Ab illo ergo numero excepti erant illi: in illis valuit vox illa dñi in cruce pendentis: ⁊ dicentis: Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciunt. Exal- Luc.23. tare qui iudicas terrā: redde retributionem supbis. Ergo redditurus est retributionē: Redditurus: sed supbis. Sed quādo: Quādo reddet: Interim mali triumphāt: ⁊ exultant mali: ⁊ blasphemāt mali: omnia mala faciūt: Douet te: cū pietate quęre: nō cū superbia reprehēde: Douet te: cōpatitur tibi et psalmus: quęrit tecū: nō quia nescit: sed ideo tecū quęrit quod scit: vt in illo inuenias q̄d nesciebas. Quō qui vult aliquē consolari: nisi cōdoleat cum illo: nō illū erigit: Pri⁹ cum illo ꝓdolet: ⁊ sic eum reficit sermone consolatorio. Si aūt intret ad illum ridens lucum ei⁹: nō facit quod modo lectū est: dicēte Apostolo: Gaudere cū gaudentibus: flere cum flentib⁹. Ro.12. Ergo vt gaudeat tecū: prius fles cum illo: contristaris cum illo vt reficias eum: sic ⁊ psalmus ⁊ spiritus dei vtiq̄ omnia sciens quęrit tecū: quasi verba tua dicit. ¶ Vsq̄quo peccatores dñe: vsq̄quo peccatores gloriabunt: ¶ † Respondēt et loquent iniquitatē: loquent oēs qui operantur iniusticiā: Quid loquētur: nisi cōtra deū qui dicūt: quid nobis ꝓdest q̄ sic viuim⁹: Quid dicturus es: Vere curat ista q̄ facim⁹ deus: Quia em̄ viuunt: putāt deū nescire q̄d faciūt. Vide q̄d mali illis ꝓtingat: q̄ si stationari⁹ sciret teneret illos: ⁊ ideo vitant oculos stationarij ne statim teneāt. Oculos em̄ dei vitare nemo pōt: q̄ nō solū i cubiculo videt: sed ⁊ intima cordis tui. Cogitāt ⁊ ipi: quia nihil potest latere deum: ⁊ quia faciūt ⁊ sciunt quid fecerunt: ⁊ vident se viuere sciente deo: qui non viuerent sciente stationario: dicūt sibi: Ista placēt deo: Et reuera si illi displicerēt facta nostra: quō displicent iudicib⁹: Act. † Effabunt.

quō displicent regibus: quō displicent imperatoribꝫ: et quō displicent cōmentariēsibus: nunquid quō illorum oculos vitamꝫ: vitare possumus oculos dei: Ergo placēt ista deo. Ideo in alio psalmo peccatori dicit: Hęc fecisti ⁊ tacui: suspicatus es iniquitatē ꝙ ero tibi similis. Quid est ergo: ero tibi similis: Ut quō tibi placet factū tuum malū: sic putes ꝙ et mihi placet. Et minat ī posterū: Arguā te. Ergo nō tacet qui dixit: tacui. Cū dicit: Hęc fecisti ⁊ tacui: suspicatus es iniquitatē ꝙ ero tibi similis: non tacet. Cum em̄ nos loquimur: ille non tacet. Cum em̄ lector legit: ille nō tacet: Cū psalmꝰ ista cantat: ille nō tacet: Et istę oēs voces dei p orbem terrarū fiūt. Quō ergo tacet: quō nō tacet: Non tacet in verbo: tacet in vindicta. Quid est ergo: hęc fecisti et tacui: Hęc fecisti ⁊ nō vindicaui: Suspicatus es iniquitatem ꝙ ero tui similis. De ipa vindicta ⁊ taciturnitate: id est de cessatiōe vindictę: alio loco dicit: Tacui: nūquid semp tacebo: Usqꝙquo peccatores dñe: usqꝙquo peccatores gloriabunt: Respondēt ⁊ loquētur iniquitatē: Iniquitatē loquent oēs qui operātur iniusticiā: Et dicit oīa opa. Respondēt ⁊ loquentur iniquitatē. Quid est respondent: Contra iustū habent quod respōdeant. Venit iustus alios et dicit: Noli facere iniquitatē. Quare: Ne morias. Ecce feci iniquitatē: quare nō morior: Ille fecit iusticiā et mortuus est. Quare mortuus est: Ego feci iniquitatē: quare me nō abstulit deus: Ecce: ille fecit iusticiā: ⁊ quare sic in illū vindicauit: Quare ille sic laborat: Respondēt: hoc est respondēt ꝙ habent ꝙ̄ dicant: quia parcitur illis: de patientia dei inueniūt argumentū respōsiōis suę: Parcet ille ꝓpter aliud: respondent illi ꝓpter aliud quia viuūt. Quare em̄ parcat ille: dicit apl'us: exponit consiliū patientię dei: Existimas inquit qui talia agis: quia tu effugies iudiciū dei: An diuitias benignitatis et lōganimitatis eius contēnis: Ignoras quia patiētia dei ad pnitentiā te adducit: Tu aūt: id est ille ꝙ̄ respondet ⁊ dicit: si displicerē deo: non mihi parceret deus: Uide quid sibi facit: audi Apl'm: Tu aūt̄ ꝑm duriciam cordis tui ⁊ cor impnitens: thesaurizas tibi iram in die irę ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiqꝫ ꝑm opa sua. Ille ergo auget lōganimitatē: ⁊ tu auges iniquitatē. Erit illius thesaurus in sempiternū: miscōia in eos qui nō contępserunt miscōiam: Tuus aūt thesaurꝰ in ira inueniet: et qō ponis quotidie p modicū: postea massam inuēturus es. Minutarum ponis: sed cumulū inuenies. Noli attendere minuta peccata tua quotidiana: De minutissimis guttis flumia implent. Quid aūt illi faciūt qui respondēt ⁊ loquētur iniquitatē: qz faciunt et parcit eis: ¶ Populū tuū dñe humiliauerūt: Id est oēs qui iuste viuūt: in quos volunt supbire oēs mali. Populū tuū dñe humiliauerūt: Et hereditatē tuā vexauerūt. ¶ Viduam ⁊ †pupillos interfecerūt: et †pselytū occiderūt: Id est peregrinū: aduenā: Aduēticiū ipm dicit pselytū. Manifesta sunt ista singula: nec opus est in his immorari. ¶ Et dixerūt: non videbit dñs: Nō attēdit ista: negligit ista: alias res curat: non intelligit. Hę em̄ duę voces: sunt voces malorū. Una quā iam dixi: Hęc fecisti ⁊ tacui: suspicatus es iniquitatem ꝙ ero tibi similis. Quid est: ꝙ ero tibi similis: Putas quia video peccata tua: et placēt mihi quia nō vindico: Alia est vox iniquoꝝ: quia nec attēdit ista deus: nec aduertit vt sciat quēadmodū viuā: nō me curat deus. Ergo inter aliquos me cōputat deus: Aut vere me numerat deus: Aut ipos homines numerat: Infelix homo: vt esses cu rauit: vt bene viuas nō curat: Istorū ergo ista vox est. Et dixerūt: Nō videbit dñs: ¶ †Neq; intelliget deus iacob. ¶ Intelligite †nūc qui insipientes estis in populo: ⁊ stulti aliqñ sapite. Populū suum erudit cui possunt cōmoueri pedes: Quādo fęlicitates iniquorū videt homo: iam bene viuens in numero sanctoꝝ dei: id est in numero filiorū ecclesię: videt quia florent mali: et faciunt iniquitatē: et ęmulatur eos: ⁊ adducitur vt imitetur facta iporum: quia videt quasi nihil sibi prodesse ꝙ bene viuat humilis: hic sperās mercedē. Nam si illam speret futurā: nō illā pdet: quia nondū venit tēpus vt accipiat eam. In vinea oparis: fac opus tuum: ⁊ accipies mercedē tuā. A patrefamilias nō exigeres anteq̄ opareris: ⁊ a deo exigis anteq̄ operēris: Et ista tolerantia ad opus tuū ptinet: ⁊ hoc ad mercedem ptinet. Minus vis facere i vinea: qui nō vis tolerare: quia et ipa tolerātia ad ipam oparionē ptinet: vt inuenias mercedē. Or si dolosus es: vide ne non solū nō accipias mercedē: sed et pnā inueniās: quia voluisti esse oparius dolosus. Et quidē operarius dolosus vt incipiat nō bene facere: oculos patrisfamilias attendit: ad illū aspicit qui conduxit ad vineā: vt cū ille auerterit oculos: cesset ⁊ nō bñ operetur: cum aūt ille ꝙuerterit oculos: bene opet. Deus aūt qui te cōduxit nō auertit oculos: Non tibi licet dolose opari: Sup te sp sunt oculi patrisfamilias: quęre vbi illū fallas: ⁊ si potes cessa. Ergo si qd forte aliquid cogitabatis: qñ videbatis malos florere: et cogitatiōes vestrę faciebāt nutare pedes vestros in via dei: vobis loquit psalmus iste. Si aūt nullus vestrū talis est: p vos alios loquit dicēs: Intelligite nūc: quia dixerūt illi: Non videbit dñs: nec intelliget deus iacob. Intelligite inquit nūc qui insipientes estis in populo: ⁊ stulti aliquādo sapite. ¶ Qui plantauit aurē nō audiet: Nō habet vnde audiat: qui tibi fecit vnde audias: Qui plantauit aurē nō audiet: ¶ Aut qui finxit oculū nō considerat: ¶ Qui †erudit gentes nō arguet: Attende hoc magnope fratres mei: Qui erudit gentes nō arguet: Hoc mō facit deus: Erudit gētes misit verbū suū p orbem terrarū hominibꝰ: Misit p angelos: p patriarchas: p ꝓphetas: p seruos suos: p tot p̄cones antecedētes iudicē. Misit ⁊ ipm verbum suū: misit ⁊ ipm filiū suū: misit seruos filij sui: et in ipis seruis filiū suū. Per totū orbē terrarū p̄dicatur vbiqꝫ verbū dei. Ubi nō dicit hoibꝰ: Relinquite inīquitates vias pōres: ꝙuertite vos ad itinera recta: Ideo parcit: vt vos corrigat: ío heri nō vindicauit vt hodie bñ viuat. Erudit gētes: Nō arguet: Nō auditurꝰ est q̄s erudit: Nō iudicaturꝰ est q̄s erudit: Nō auditurꝰ est q̄s erudit: Nō iudicaturꝰ est q̄s erudit: bus sermonē p̄misit ⁊ p̄semiauit: In schola si esses: accipes: ⁊ non redderes: Utiqꝫ qñ accipis a magistro: eruditis. Cōmittit tibi magister qō ꝓbet: ⁊ nō exiget qñ reddis: Aut cū cępis reddere: sine metu eris plagax: Modo ergo accipim̄: postea statuemur ante magistrū: vt reddamus oēs ꝑteritas no-

R
Ps. 49.
Ibidem.
Ro. 2.
Ibidem.
Cōcor. de peni. dist. 1. tres sunt.
S
Al. †aduenam.
Al. †pupillos.
Ps. 49.
Al. †Nec.
Al. †nouit.
T
Al. †corripit.

strag: id est vt rationē reddamus de his oīb⁹ quę
Ro.14. nobis modo erogant. Audi apostolū dicentē: Om
1.Cor.5. nes astabimus ante tribunal christi: vt illic recipiat
vnusquisq; sm ea q̄ p corpus gessit: siue bonū siue
malū. Qui erudit gentes nō arguet: ¶ Qui do
1.Cor.3. cet hominē scientiā: Ipe nō scit: qui te fecit sci
re: Qui docet hominē scientiā. ¶ Dñs scit cogi
tationes hominū: qm̄ vanę sūt. Mā etsi tu ne
scis cogitatiōes dei qm̄ iustę st: ille tū scit cogitatio
nes hominū: qm̄ vanę sunt. Et homines scierūt co
gitationes dei: sed quibus iam amicus fact⁹ est: p
dit consiliū suū. Et vos fratres mei nolite vos con
tenere: Si cū fide accedit ad dīm: audit cogitati
ones dei. Eas modo discitis: hoc vobis dicit: et ad
hoc instruimini quare parcat modo deus malis: ne
murmuretis aduersus deū: qui docet hominē scien
tiam. Dñs scit cogitatiōes hominū: qm̄ vanę sunt.
Relinqte ergo cogitationes hominū: qm̄ vanę sunt.
vt cōprehēdatis cogitatiōes dei: quę sapientes sunt.
Sed quis est q̄ cōprehēdit cogitationes dei: Qui po
nitur in firmamēto cęli. Jam hoc cantauim⁹: iā hoc
Ps.homo. diximus et exposuim⁹. ¶ Beatus† vir quem tu
Ps.malis. erudieris dñe: et ex lege tua docueris eum.
Vt mitiges eū a dieb⁹ †malignis: donec
fodiat peccatori fouea. Ecce habes consilium
dei quare parcat malis: donec fodiat fouea pctōri:
Tu iā vis illū sepelire: Adhuc fouea illi fodit: noli
festinare sepelire. Quid est: donec fodiat peccatori
fouea: Aut quē ponit peccatorē: Unū hominem:
Mō. Quid ergo: Oīne gen⁹ hominū pctōrū: scz et
supbos. Jam em̄ p̄misit: Redde retributionē supb.
Luc.18. Mā et ille pctōr fuit publicanus: qui oculos eliserat
in terrā: et pcutiebat pectus suū dicēs: Deus ,pciꝰ
esto mihi pctōri. Sed q: nō supb⁹ erat: deus autem
reddet retributionē supbis: nō illi: sed talib⁹ fodiat
fouea donec reddat retributionē supbis. Ergo qō
ait: Donec fodiat pctōri fouea: superbos intellige.
Quis est supbus: Qui in p̄fessione pctōrū non agit
pnitentiā: vt sanari p humilitatē possit. Quis ē su
perbus: Qui illa ipa pauca quę videt habere bona
sibi vult arrogare: et derogat miscōię dei. Quis ē su
perb⁹: Qui etiā si deo tribuat bona q̄ facit: insultat
Ibidem. tamē his qui illa nō facīt: et extollit se sup illos. Mā
et ille phariseus: Gratias tibi ago inquit: Non di
xit: ego facio: De his q̄ faciebat: gratias deo age
bat. Sētiebat ergo et bene se facere: et ab illo se face
re. Unde ergo improbat⁹ est: Quia insultabat pub
licano. Ut pficiamini attēdite. Primo p̄cedere de
bet: siue virū: siue fęminā p̄fessio peccatoꝝ: salubris
pnitētia quę valeat ad corrigendū hominē: nō ad
tridendū deū: Cū aūt post pnitentiā bene viuere
cępit: habet adhuc qō cogitet: ne sibi tribuat qō be
ne facit: sed illi agat gratias: cui⁹ gratia factū est vt
bene viueret: qz ille illū vocauit: ille illū illumīauit.
Ergo iste tam pfectus est: Mō. Adhuc deest illi ali
quid: Quid illi deest: Ut nō supbiat sup eos q̄ nec
sic viuūt quō ipe viuit. Qui talis fuerit secur⁹
Luc.18. fit: nō illi reddit retributio de qua dictū est: Redde
retributionē supbis. Mō est inter illos q̄bus fodiat
fouea. Mā videte illū qui dicebat: Gratias tibi ago:
qz nō sū sicut cęteri homines: iniusti: raptores: ad
ulteri: sicut et publican⁹ iste. Quantū se extulit cū di
cit: qz nō sum sicut et publican⁹ iste. Ille aūt elisa fa
cie: pcutiebat pectus suū dicēs: Deꝰ ,pciꝰ esto mi
hi pctōri. Ille supb⁹ erat i bonis factis: ille hūilis i
malis fact. Videte fratres: Magis placuit deo hu
militas in malis factis: q̄ supbia in bonis fact. Sic
odit deꝰ supbos: et ideo sic ꝓclusit: Amē dico vob:
descēdit iustificat⁹ publican⁹ magis q̄ phariseus.
Et dicit quare: Quia omnis qui se exaltat hūlia- Ibidem.
bit: et q̄ se hūliat exaltabit. Fratres mei: vel hic nō
solū nō discim⁹: qz hūilitatē nos docuit christus: qz
deꝰ fact⁹ ē homo: Ipe est hūilitas q̄ displicet paga
nis: vnde nobis insultant: qualem deum colitis qui
natus est: Qualem deum colitis qui crucifix⁹ est:
Humilitas christi superbis displicet: tibi autem
christiano si placet: imitare. Si imitatus fueris: nō
laborabis: quia ipe p̄dixit: Uenite ad me oīes qui Matth.11.
laboratis et onerati estis: et discite a me: qz mit. sum
et hūilis corde. Hęc est ergo disciplina christiana.
Nemo facit aliquid bene: nisi gratia ipsi⁹. Qđ facit
homo male: ipsi⁹ est hoīs: qđ facit bene: de benefi
cio dei facit. Cū cępit facere bn̄: nō sibi tribuat: Cū
nō sibi tribuerit: gratias agat ei a quo accepit. Cū
aūt bene facit: nō insultet illi q̄ illud nō facit: aut ex
tollat se sup eū. Mō em̄ in illo finita est gratia dei: vt
ad aliū nō pueniat. Ut mitiges eū a dieb⁹ malignis:
donec fodiat pctōri fouea. Mitis ergo esto quisq;
christian⁹ es a dieb⁹ malignis. Maligni em̄ sunt di
es: quib⁹ vident florere pctōres et laborare iusti: s
labor iustorū: flagellū est patris: et felicitas pctōr:
fouea ipor est. Quia em̄ mitigat vos deꝰ a diebus
malignis: donec fodiat peccatori fouea: non cogi
voluit: et deo accidisse qđ noluit. Sicut enim vult vt homo nō peccet: ita vult peccanti parcere vt reuertatur et viuat: Ita vult postremo in peccato pseuerantē punire: vt iustitię potentiā cōtumax non euadat. Ita quicqđ elegeris: oīpotenti nō potest vīi tuā te cōpleat voluntatē. Magna enim opa dñi: exq̄sita in omnes voluntates eius: ¶ Cōfessio et magnificentia opus eius. Quid magnificentius q̄ iustificare impiū? Sed op⁹ fortasse hois p̄uenit istā magnificentiā dei: vt cū fuerit peccata cōfessus: tus publicanus magis q̄ ille pharisęus: qz nec oculos ad cęlū audebat leuare: sed pcutiebat pect⁹ suū dicēs: Deꝰ ꝓpitius esto mihi peccatori. Hęc est magnificentia dñi: iustificatio peccatoris: qm̄ q̄ se humiliat: exaltabit: et q̄ se exaltat: humiliabit. Hęc est magnificētia dñi: qm̄ cui plurimū dimittit: plurimū diligit. Hęc magnificētia dñi: qm̄ vbi abundauit peccatū: supabundauit gr̄a: Sed fortasse ex opibus: nō inq̄t ex opib⁹: ne forte q̄s extollat. Ipi⁹ enim sum⁹ figmentū: creati i christo in opibus bonis. Justicia enim hō nō operat: nisi iustificat⁹: Credens aūt in eum q̄ iustificat impiū: a fide incipit: vt bona opera nō p̄cedentia qđ meruit: sed cōsequentia qđ accepit ostendāt. Vīi ergo illa pfessio: Mondū q̄dē opus est iustitię: sed delicti improbatio. Sz quō se habeat nec in ipa de te homo glorieris: vt q̄ gloriatur: in dño glorietur. Quid aūt habes qđ nō accepisti: Nō ergo sola magnificētia q̄ iustificat impius: sed et cōfessio et magnificētia opus eius. Quid ergo dicem⁹: qz cui vult misereat: et quem vult obdurat: Nunq̄d iniq̄tas apud deū: Absit: Justicia enim eius manet in sęculū sęculi. Tu aūt homo de hoc sęculo: q̄s es qui respondeas deo: ¶ Memoriam fecit mirabiliū suoꝝ: Nūc humilians et hunc exaltās: Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ: reseruās opportune inusitata pdigia: q̄ nō infirmitas hominis nouitati intenta meminerit: cū sint ei⁹ miracula quotidiana maiora. Tot p vniuersam terrā arbores creat: et nemo mirat: Arefecit verbo vnā: et stupet facta sunt corda mortaliū: sed memoriā fecit mirabilium suoꝝ. Hoc enim miraculū maxime attentis cordibus inhęrebit: qđ assiduitas nō vilefecerit. Quid aūt pfuerūt miracula: nisi vt timerēt: Quid prodesset timor: nisi Misericors et miserator dominus: escam †daret timētibus se: Escam q̄ nō corrumpit: panē q̄ de cęlo descēdit: quē nullus memo ergo talē escā daret: nisi misericors et miserator dñs. Qđ si tantā dedit huic vitę: si verbum carnē factum peccator iustificand⁹ accepit: qđ in futuro sęculo glorificat⁹ accipiet: ¶ Memor enim erit in sęculum testamenti sui. Hec totū dedit q̄ pignus †Fortitudinē operū suoꝝ annūciabit populo suo. Nō cōtristent israelitę sancti: q̄ dimiserunt oīa sua et secuti sunt eum: nō cōtristent dicentes: Quisnā poterit salu⁹ fieri: qz facili⁹ intrat camelus p foramen acus: q̄s diues in regnum cęlorū: Annūciauit enim eis fortitudinē operū suoꝝ: qm̄ q̄ hoīb⁹ difficilia sunt: deo facilia sunt. ¶ Ut det illis hereditatē gentiū. Item est enim ad gentes: et p̄cęptum diuitib⁹ huius sęculi nō sup̄be sape: neq̄ sperare in incerto diuitiarū: sed i deo viuo: cui facile est quod hominibus difficile est. Sic enim multi vocati sunt: sic occupata est hereditas gentiū: sic factus est vt etiā plurimi q̄ nō dimiserūt oīa sua in hac vita vt sequerent eum: vitā etiam ipam p nois ei⁹ cōfessione cōtemnerēt: et tāq̄ cameli humiliantes se ad portanda onera pressurarū: intrarēt etiā sicut p foramē acus per cōpungentes passionis angustias. Ipe fecit hęc: cui oīa possibilia sunt. Opera manuū ei⁹ veritas et iudiciū. Teneat veritas ab his q̄ iudicant hic: Judicant hic martyres et ad iudiciū pducunt: Qui nō solū eos a q̄bus iudicati sunt: sed etiā angelos dīudicēt: aduersus q̄s eis erat colluctatio: etiā cū ab hoībus iudicari viderent: quos nō separaret a christo tribulatio: angustia: fames: nuditas: gladius. Fidelia: enim: oīa mandata eius. Nō fallet: exhibet qđ p̄misit: Nō tūq̄ p̄misit ē hic expectādū: nō hic sperandū: Sz Cōfirmata: sūt: in sęculū sęculi: facta in veritate et †in iustitia: Hoc est verū et iustum: vt hic laboret: illic requiescatur. Quia Redemptionem misit †populo suo. Vīi aūt redimunt: nisi a captiuitate pegrinationis huius? Nō ergo requies: nisi in cęlesti patria requirat. Dedit quidē deus israelitis carnalibus terrenā hierusalē q̄ seruit cū filiis suis: Sz hoc vetus testamentū est aduerterē hominē ptinēs. Qui aūt ibi figurā intellexerūt: hęredes etiā tūc noui testamenti extiterūt: qm̄ q̄ sursum est hierusalē libera est: q̄ est mater nr̄a ęterna in cęlis: Vetere aūt illo remissionē ꝓbatū est trāsitoria ꝓmisisse. Adiēdauit: q̄ppe in ęternū testamentū suū. Sed qđ nisi nouū? Cuius hęres quisq̄s esse volueris: nolo te fallas: nec terrā trahentē lac et mel carnaliter cogites: nō amena p̄dia: nō hortos fructiferos et opacos: nō tale aliquid mediteris adipisci: q̄le solet hic oculo auaricię cōcupiscere. Cū enim sit radix omniū malorū cupiditas: primenda est vt hic cōsumat: nō differēda vt ibi satiet. Primo pęnas fuge: gehennas deuita: anteq̄ desideres ꝓmittentē deū: caue minantē. Sanctū et terribile nomē eius. Pro delitijs aūt oībus huius sęculi q̄les vel expertus es: vel augere ac multiplicare cogitādo potes: immortaliū delitiarū matrē ꝓcupisce sapientiā. Sed Initiū sapientię: timor dñi. Delectabit illa: et ineffabiliter pculdubio delectabit castis atq̄ eternis veritatis amplexibus: sed prius tibi donāda sunt debita: q̄ gemina flagitanda. Initiū ergo sapiētię timor dñi. †Bonus †est intellect⁹. Quis negat: Sed intelligere et nō facere re: piculosum est. Bon⁹ q̄ faciētibus †: Nec extollat mentē in supbiā. Cui⁹ enim timor est initiū sapientię: †Laus eius manet in sęculū sęculi. Et hoc erit p̄fectiū: hic finis: hęc statio sedesq̄ perpetua: Illic enim inueniunt: mādata fidelia cōfirmata i sęculū sęculi. Ipa est hereditas noui testamēti: mandata i ęternū. Vnā petij inq̄t a dño hāc requirā: vt inhabitē i domo dñi p oēs dies vitę meę. Beati enim q̄ habitāt in domo tua dñe: in sęcula sęculoꝝ laudabūt eū: qm̄ laus ei⁹ manet in sęculū sęculi.

¶ Explicit tractatus de pš. CXX.

¶ Incipit tractatus de pš. CXXI.

Credo qđ attendistis fratres huius titulum psalmi: memorięq̄ mandastis. Cōuersio inquit: aggei et zacharię. Mondū erant isti ꝓphetę: cū ista cātata sūt. Nāq̄ iter tpa dauid: et

transmigrationē populi ísrael in babyloniā: q̄ttuor-
Matth.j. decim generatiões numerant: sicut diuina scriptu-
ra maxime q̄ matthē euāgelista testat. Euersi aūt
Hiere.25.et.29. populi renouatio p̄m sancti Hieremię ꝓphetiam: ex
illa trāsmigratiōe post septuaginta ānos sperabat.
j.Esdre.j. Qui cū cōplerent sub dario rege babylonis: imple-
j.Esdre.5. ti sunt spiritusancto hi duo ꝓphetę aggęus et zacha-
Aggei.j. rias: et ambo post inuicē intra vnū annū ꝓphetare
Zach.j. cęperūt: qō ad renouationē tēpli (sicut tanto añ p̄di
ctum est) ptinere videbat. Sed quisq̄s corporaliter
gestis oculū cordis infigit: neq̄ inde in gratiā spiri-
tualis intellect⁹ extendit: habitat cogitatiōe in lapi-
dibus tēpli: q̄bus visibilis fabrica manib⁹ hominū
instructa ꝓsurgit: nec ipe lapis viuus hui⁹ efficit: tē
plo illi accōmodat⁹ atq̄ apt⁹: Qō in suo corpe pri
Job.2. mum dñs figurauit cū ait: Soluite templū hoc: et
triduo suscitabo illud. Est em̄ corpus dñi pleni⁹ ipa
sancta ecclesia: cui⁹ caput ascēdit in cęlū: q̄ est maxie
lapis viu⁹: lapis angularis: de q̄ beatus petr⁹ apl's
j.Pet.2. dicit: Ad quē accedētes lapidē viuū: ab hoīb⁹ repro
batum: a deo aūt electū et honorificatū: Et vos ergo
Ibidem tāq̄ lapides viui ędificamini in domū spiritualē: in
sacerdotiū sanctū: offerētes spirituales victimas ac-
Esa.28. cęptas deo p ihesum chr̄istū: qz cōtinet scriptura: Ec-
ce ponā in sion lapidē angularē electū p̄ciosum: et q̄
crediderit in illū: nō cōfundet. Ergo vt fiat q̄sq̄ la-
pis viuus ad talē fabricā idoneus: spiritualiter intel
ligat tēpli renouationē ex ruina vetere q̄ in adam fa
cta est: reparationē noui populi p̄m nouū hoīem at
j.Cor.j5. q̄ cęlestē: vt sicut portauim⁹ imaginē terreni: por-
temus et imaginē ei⁹ q̄ de cęlo est: quo possim⁹ post
oēs sęculi hui⁹ ętates tāq̄ post septuaginta annos:
q̄ mystico pfectionis numero p̄signant: et tanq̄ post
captiuitatē longinquę pegrinatiōis nō ruitura mo-
le cōstrui: sed ęterna immortalitate solidari. Spiri-
tualem q̄ppe hierusalē nō magis hierusalē iudęorū
q̄ vestrā esse reputetis. Sicut em̄ dicit apl's: Jam
Eph.2. nō estis pegrini et inquilini: sed estis ciues sanctorū
et domestici dei: supędificati sup fundamentū apo-
stolor⁹ et ꝓphetarū: ipo summo angulari lapide ex-
istente chr̄isto iesu: in q̄ oīs ędificatio cōpacta cre-
scit i templū sanctū in dño: In q̄ et vos coędificami-
ni i habitaculū dñi in spiritu: hoc est templū dei: ad
q̄ ptinet sacramentū ꝓphetation is aggęi et zacha-
j.Cor.3. rię. Cui rursus idem apl's dicit: Templum em̄ dei
sanctū est: q̄ estis vos. Quisq̄s igit̄ se ad opus hu-
ius coędificatiōis: et ad spem sanctę firmęq̄ cōpagi
nis: tāq̄ lapidē viuū ab hui⁹ mūdi ruinosa labe cō-
uertit: intelligit titulū psalmi: intelligit ꝓuersionem
aggęi et zacharię. Cantet ergo q̄ sequunt: nō tā lin-
guę voce q̄ vitę. Erit em̄ ędificiū perfectio ineffabi-
Prouerb.j. lis pax illa sapiētię: cuius est initiū timor dñi. Inde
Eccl.j. ergo incipiat quē coędificat ista cōuersio.

Expositio psalmi.

B Beatus vir qui timet dñm: in man-
datis eius volet nimis. Viderit deus
qui solus et veraciter et misericorditer iu-
dicat: quantū iste ꝓficiat in mandatis ei⁹: q̄m tem-
ptatio est vita humana sup terrā: sicut sanct⁹ iob di-
Job.7. Sap.9. cit. Et iterū scriptū est: Q̄m corpus qō corrumpit
aggrauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sen
j.Cor.4. sum multa cogitātē. Qui aūt dijudicat nos: dñs est:
nec ante tp̄ dijudicare debemus: donec veniat dñs
et illuminet abscōdita tenebrar⁹: et manifestet cogita-
tiões et ꝓsilia cordiū: et tūc laus erit vnicuiq̄ a deo. Ibidem
Viderit g̃ ille q̄tū q̄sq̄ ꝓficiat i mādatis ei⁹: tū vo-
let nimis q̄ pacē illi⁹ coędificatiōis adamauerit: Nec
iā desperare debet: q̄m in mādatis ei⁹ volet nimis: et
pax in terra hoībus bonę volūtatis: Tū Notes Luc.2.
in terra erit semen eius. Semen futurę messis:
opa esse miscōię Apl's testis est: q̄ dicit: Bonū aūt Gal.6.
faciētes nō deficiam⁹: tpe em̄ ꝓprio metem⁹. Et ite- 2.Cor.9.
rū: Hoc aūt inq̄t: Qui parce seminat: parce et me-
tet. Quid aūt fratres potent⁹: q̄ vt regnū cęlorum: Luc.19.
nō solū zacheus emat dimidio rerū suarū: sed et vi- Marc.12.
dua duob⁹ minutis: et tantundē ibi vterq̄ possidet
ant: Quid potentius q̄ vt idē regnū et thesauris di
uiti: et calice aquę frigidę pauperi valeat: Sūt aūt Matth.10.
q̄ ista faciūt dū terrena cōquirūt: aut hic mercedem
sperātes a dño: aut hoībus placere cupientes. Sed
Generatio rector⁹ benedicet: Jā est opa eor⁹ Ps.71.
quorū bon⁹ deus israel: q̄ recto sunt corde. Rectum
aūt cor est non resistere patri emendanti: et credere
pollicenti: nō eor⁹ q̄bus cōmouent pedes: et effun-
duntur gressus atq̄ labunt: sicut in alio psalmo ca-
nitur: dū zelant in peccatorib⁹ pacē pctor⁹ vidētes: Ibidem
et putāt perire opa sua: qz nō eis merces reddit pītu
ra. At iste vir q̄ timet dñm: et in templū sanctū dei cō L
uersione recti cordis aptat: nec gloziam hoīm ģrit:
nec terrenas diuitias concupiscit: et tū Glozia
et diuitię in domo eius. Domus em̄ eius: cor
eius est: vbi deo habitante opulent⁹ habitat cū spe Al.tenit.
vitę ęternę: q̄ hoībus habitantibus in marmoratis
laqueatisq̄ tectis cū timore mortis ęternę. Ihu⁹ Al.tenit.
em̄: iusticia manet in sęculū sęculi: Ipa eius
gloria: ipse diuitię: Illius em̄ purpura et byssus: et
epulę splendidę: Et cū presto sunt transeunt: et cum Luc.16.
ad finem venerint: aquę guttā ex digito stillantē de
siderans ardens lingua clamabit: Exoztum
est in tenebris lumen rectis †corde. Merito Al.non bene
dirigunt cor in deum suum: merito ambulāt recti cū
deo suo: p̄ponentes eius voluntatē sibi: neq̄ de sua
quicq̄ superbe p̄sumentes. Deminerunt em̄ fuisse Eph.5.
se aliquādo tenebras: nunc aūt lucem in dño. Ahi
sericors et misērator et iustus dñs †deus. Al.non bene
Delectat q̄ misericors et miserator: sed terret fortas-
se q̄ iustus dñs deus. Nulla desperatione formi-
des beate vir qui times dominū: et in mandatis ei⁹
voles nimis: Esto suauis: miserere et cōmoda. Ira Jaco.1.
enim iustus est dñs deus: vt iudicium illi sine miseri- †Joann.
cordia faciat qui nō fecit misericordiā. †Suggilis Al.†Joann.
aūt vir qui miseretur et cōmodat: Nō enim homo D
eum euomet deus ex ore suo tanq̄ insuauē. Dimit- Luc.6.
tite inquit et dimittet⁹ vobis: date et dabitur vobis.
In eo q̄ dimittis vt dimittat tibi: misereris: in eo
q̄ das vt detur tibi: cōmodas. Q̄uis em̄ generalis
noīe oīs miscōia dicat⁹ q̄ misero subuenit: interest tñ
vbi nō impendis: nec sumptū pecunię: nec corporalis
laboris industriā: sed ignoscēdo q̄ in te q̄sq̄ pecca-
uit: et tuorū gratis cōparas veniā pctor⁹. Hec duo
benignitatis officia ignoscendo⁹ pctor⁹: et beneficior⁹
erogandorum: sicut i euāgelio quod cōmemoraui-
mus: Dimittite: et dimittetur vobis: date: et dabit
vobis: sic in isto versu arbitror eē distincta: Suauis
vir q̄ miseret et cōmodat. Hec pigri simus ad hec
frēs: gloriā g̃rit q̄ desiderat vindicari se. Sed attende

¶ Incipit Tractatus de ps̃. CXII.

¶ Prefatio.

Dn Ostis fratres et sępissime auditis in euangelio dñm dicere: Sinite pueros venire ad me: taliũ est enim regnũ cęlorũ: Et iterũ: Si quis nõ recęperit regnũ dei sicut puer: non intrabit in illud: ⁊ multis alijs locis dñs deus noster: p singulare humilitatis exemplũ: superbiã veteris hominis ad innouandã humiliter vitã similitudine puerilis ętatis accusat. Quapropter charissimi cum cãtari auditis ĩ psalmis: Laudate pueri dominum: ne arbitremini ad vos istã exhortationẽ non ptinere: quia iam corporis puericiã supgressi: vel iuuenili decore viresciti: vel senili honore canescitis. Omnib⁹ enim vobis dicit Aplus: Nolite effici pueri sensibus: sed malicia paruuli estote: vt mẽtibus pfecti sitis. Qua malicia maxie: nisi supbia: Ipsa enim de vana grandita-
te p̃sumens non sinit hominẽ ambulare p artã viã: et intrare per angustã portã. Pueri aũt facile intrãt per angustã portã: Et ideo nemo nisi vt puer itrat ĩ regnũ cęlorũ. Quid aũt supbię malicia deteri⁹: quę p̃positũ nõ vult habere nec deũ: Nam scriptũ est: Initiũ supbię hominis: apostatare a deo. Manc se aduersus p̃cepta diuina tumidis ceruicibus erigentem: ⁊ suaui iugo dñi resistentẽ: deijcite: frangite: cõminuite: atq; consumite: et

A Matth. 19. et. 18 Marci. 10. 1. Cor. 14. Matth. 7. Eccl. 10.

Expositio psalmi.

Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi. Illa enim ꝓstrata et extincta: Ex ore infantiũ et lactentiũ pficitur laus: illa oppressa atq; deleta: Qui gloriatur: in dño gloriet. Non cantant ista qui se magnos putant: nõ cãtant ista qui cognoscentes deũ: nõ sicut deũ glorificauerũt: aut gratias egerũt: ⁊ se laudant illi: nõ deũ. Nõ enim pueri sũt: ⁊ supbi. Nomẽ suũ poti⁹ p̃dicari volũt: ⁊ nõ laudant nomẽ dñi. Itaq; euanuerũt ĩ cogitatiõibus suis: ⁊ obscuratũ est insipiens cor eorũ: ⁊ dicẽtes se esse sapientes: stulti facti sunt. Voluerũt latissime nomen suũ ⁊ altissime diffamari: cito ipi ĩ angustias trãsituri. Deũ decz laus: dñz nr̃m decz honor: ⁊ sp ⁊ vbiq; p̃dicari. Semp ergo p̃dicetur. ¶ Sit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nũc ⁊ vsq; ĩ sęculum. Vbiq; p̃dicetur. ¶ A solis ortu vsq; ad occasum: ¶ laudate nomẽ dñi. Quęrat ex me aliquis pue rorum sanctor laudantiũ nomen dñi: ⁊ dicat mihi: Ecce vsq; in sęculũ accipio vsq; in ęternũ: Cur aũt ex hoc: et nõ ante hoc: et ante omnia sęcula sit nomẽ dñi benedictũ: Respondebo paruulo qui nõ contumaciter quęrit. Vobis dicit pueri dominici: vobis dicitur: Laudate nomen dñi: sit nomen dñi benedictum: Sit a vobis nomen dñi benedictũ: ex hoc vtiq; ex quo vobis dicitur. Incipitis enim laudare: sed sine fine laudate. Ex hoc ergo et vsq; in sęculũ sine fine laudate. Ne dicatis: nũc incipim⁹ quidẽ laudare dñm: qz pueri sumus: sed cum creuerimus magniq; fuerimus: nosipsos laudabimus. Non sic pueri: nõ sic. Propterea dicit dñs p Esaiam: Ego sum: ⁊ vsq; dum senescatis ego sum. Ille sp laudãdus est q̃ est. Quid ẽ: laudate pueri dñz ex hoc: Laudate senes ⁊ vsq; in sęculũ: Quia senect⁹ nostra albescet quidẽ canis sapiẽtię: sed nõ carnis vetustate marcescet. Aut qm̃ hoc loco humilitatẽ potius videtur significare puericia: cui cõtraria est vana ⁊ falsa supbię magni-

B Psa. 8. 1. Cor. 3. Ro. 1. C Al. †laudabile. Esa. 46.

ff

Proue. 16. quod scriptũ est: Melior est qui vincit irã: eq; q̃ capit ciuitatẽ. Diuitias quęrit qui nõ vult dare pauperibus. Attẽde quod scriptũ est: Habebis thesaurũ in cęlo. Non ergo eris ingloriosus in ignoscẽdo: quia de ira victa laudabilius triũphat: nõ egenus tribuendo: quia thesaurus cęlestis certius possidetur. Hunc versum parturiebat ille supior: gloria et diuitię in domo eius. Qui hęc itaq; facit: ¶ †Disposuit sermones suos in iudicio. Facta ipa sermones sunt quib⁹ in iudicio defendet: qđ ei non erit sine miscõia: quia ⁊ ipe fecit miscõiam. ¶ †Qm̃ in ęternũ non cõmouebit. ¶ In memoria ęterna erit iustus. In memoria ęterna erit iust⁹: quia ad dexterã segregatus audiet: Venite benedicti patris mei: pcipite regnũ qđ vobis paratum est ab ozigine mũdi. Necq enim aliqua illic eor: nisi opa miscõię cõmemorãtur. Audient ergo: Venite bñdicti patris mei: quia generatio rectorũ benedicetur. Sic in memoria ęterna erit iustus: ¶ †Et ab †auditione malo nõ timebit. Quod dicit: audient bi qui a sinistris erũt: Ite in ignẽ ęternũ: qui p̃parat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Itaq; hic nõ sua quęrit: sed quę iesu christi: Labores patientissime tolerat: ꝓmissa fideliter expectat. ¶ Paratũ est cor ei⁹ sperare in dño: Necq vllis temptationib⁹ frangitur. ¶ Confirmatũ est cor eius: nõ cõmouebitur: donec †videat †super inimicos suos. Inimici eius hic videre bona voluerũt: et cum eis inuisibilia ꝓmitterẽtur: dicebant: Quis ostẽdit nobis bona: Confirmet ergo cor nostrũ: nec cõmoueamur donec videamus sup inimicos nostros. Ille enim volunt videre bona hominũ in terra morientium. Sed magnũ est confirmatũ habere cor ⁊ nõ cõmoueri: cum illi gaudẽt qui amant qđ vident: et insultant ei qui quod nõ videt sperat. Et non cõmouebitur donec videat: ⁊ ipe nõ deorsum quod inimici vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit: quę p̃parauit deus diligẽtibus eũ. Quanti valet ꝟ quod nõ videt ⁊ emitur: Tanti quantũ quisq; habere potuerit. Propter hoc ⁊ ille ¶ †Sparsit: dedit pauperibus. Non videbat ⁊ emebat: sed ille thesaurũ seruabat in cęlo: qui esurire et sitire in pauperibus dignabat in terra. Nõ mirũ est igit si Iustitia eius manet in sęculũ sęculi: Custode illo qui condidit sęcula. ¶ Cornu eius exaltabit in gloria: Cuius humilitas a supbis contẽnebat. ¶ Peccator videbit ⁊ irascetur: Sera illa scz atq; infructuosa pęnitẽtia. Nam irascetur: Cui magis q̃ sibi cũ dicet: Quid nobis ꝓfuit superbia: et diuitiarũ iactãtia quid contulit nobis: videns cor-nu ei⁹ exaltari in gloria: qui sparsit ⁊ dedit pauperibus: ¶ Dentibus suis †frendet et tabescet: Quia illic erit ploratus et stridor dentiũ. Non enim frendet et virescet: sicut fieret si oportuno eũ tempe pęniteret: sed tũc pęnitebit cum ¶ Desiderium peccatorum peribit: Nullo succedẽte solatio: Peribit desiderium peccatorũ: cũ transient omnia tanq; vmbra: cum fęno arescente flos decidet: Verbum aũt dñi qđ manet ĩ ętnũ: sic falsor beator vanitate veri sũ ẽ: sic eorũdẽ verorum miserorum pditiõi supridebit.

¶ Explicit Tractatus de ps̃. CXI.

Ecc. 30. Esa. 40.

tudo: et ideo dñm nō nisi pueri laudant: quia supbi eū laudare nō nouunt. Sit senectus vestra puerilis: ⁊ sit puericia senilis: id ē vt nec sapiētia vestra sit cū superbia: nec humilitas sine sapientia: vt laudetis dñm ex hoc ⁊ vsq; in seculū. Quacūq; aūt i paruulis sanctis ecclesia christi diffundit: Laudate nomē dñi: Hoc est em̄: A solis ortu vsq; ad occasum: laudate nomen dñi. ¶ Excelsus sup oēs gentes dñs. Gentes homines sunt. Quid mirū si sup homines excelsus est dñs: Illi sup se excelsos quos colūt oculis vident in cęlo fulgere solē: et lunā: ⁊ stellas: cui creaturę seruiūt: deserētes creatorem dñm. Et non solū excelsus sup omnes gētes dñs: verum
Al. †Et. etiam ¶ †Super cęlos gloria eius. Cęli supra se suspiciunt eū: ⁊ humiles eū secū habent constituti carne infra cęlū: qui p illo nō colūt cęlū. ¶ Quis em̄: sicut dñs deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit: Quisq; putaret q̄ in altis cęlis habitet: vnde humilia terrena respiciat: sed humilia respicit ¶ In cęlo ⁊ in terra. In quibus ergo altis habitat vnde humilia respiciat in cęlo et in terra: An in quib⁹ altis habitat etiā ipa humilia respicit: Sic em̄ exaltat humiles: vt non faciat supbos. Itaq; ⁊ in altis habitat quos exaltat: facitq; sibi eos cęlū: hoc est sedē suā: ⁊ eos tamē nō supbos: sed semp subditos: Intuēdo: etiā in ipo cęlo humilia respicit i quibus excelsis habitat. Spiritus em̄
Esa. 57. per Esaiam ita loquit: Hęc dicit altissimus in excelsis habitans: in ęternū nomen eius dñs altissimus in sanctis requiē habens. Expositū quid dixerit in excelsis habitās. Hoc em̄ plenius elocutus: in sanctis inquit requiē habens. Sed qui sunt sancti: nisi humiles qui pueri laudāt dñm: Itaq; adiungit: et
Ibidem. pusillanimis dans magnanimitatē: et dās vitam q̄ in humilitate cordis sunt. In quib⁹ sanctis requiē habet: his pusillanimis dat magnanimitatē. Dans vtiq; magnanimitatē excelsos facit: in quib⁹ requiē habens in excelsis habitat. Sed quia pusillanimis dat magnanimitatē: eadē excelsa in quib⁹ habitat: humilia respicit. Sed humilia inquit respicit in cę-
E lo et in terra. Excitauit nos etiā quęrere: vtrū eadē in cęlo ⁊ q̄ in terra: an alia in cęlo alia in terra hūilia respiciat dñs deus noster. Si em̄ eadē video: quem-
2. Cor. 10. admodū hoc intelligā sm̄ Ap̄lm dicentē: In carne em̄ ābulātes: nō sm̄ carnē militamus: Arma em̄ militię nostrę nō carnalia: sed potētia deo. Unde ergo potentia: nisi quia spiritualia: Cū itaq; Ap̄lus et in carne ambulet: ⁊ spūaliter militet: nō mirū si humilitas eius ⁊ in cęlo respicit ꝓpter spīritus libertatē: ⁊ in terra ꝓpter corpis seruitutē. Idē quippe alio loco
Phil. 3. dicit: Nostra em̄ cōuersatio in cęlis est. Ipe itē dic:
Phil. 1. optimū sibi esse dissolui: ⁊ esse cum christo: manere aūt in carne necessariū inquit ꝓpter vos. Proinde quisq; intelligit: ⁊ ꝓuersationē ap̄li q̄ ē in cęlis: et in carne māsionē in terris: simul oportet intelligat dominū deū nostrū in excelsis sanctis habitantē: quē-admodū tamē eosdē sanctos humiles sibi et in cęlo
Col. 3. respiciat: qm̄ quę sursum sunt sapiūt: q̄ spe resurrexerunt cū christo: ⁊ in terra: qm̄ nondū soluti sunt carnis vinculo: vt ex tota vita sua possint esse cum christo. Si vero alia dñs deus noster humilia respicit i cęlo: ⁊ alia in terra: credo q̄ in cęlo iam respicit quos vocauit: ⁊ habitat in eis: in terra autē respicit quos vocat vt habitet i eis. Istos em̄ possidet cęlestia cogitantes: illos excitat terrena somniātes. Sed quia difficile obtinem⁹ vt possint ⁊ ipi iam humiles dici qui nondū suaui iugo dñi pia colla iunxerūt: quandoquidē hūilia isto loco vt sanctā ecclesiā intelligamus p totū textū psalmi: diuinę admonent litterę. Est et alius intellect⁹: quē mecū charitas vestra cōsideret. Cęlos nūc significari arbitror eos qui sedent sup duodecim thronos: ⁊ cū dño iudicabunt: terrę aūt nomine: cęterā multitudinē hūdictor⁹ qui cōstituent ad dexterā: vt p opa misericordię collata dati recipiant ab eis in tabernacula ęterna: ꝙs amicos sibi de mammona iniqtatis in hui⁹ vitę mortalitate fecerūt. Eis quippe dicit Ap̄lus: Si nos vobis spūalia seminauim⁹: magnū est si vestra carnalia metam⁹? Quib⁹ etiā his verbis dici pōt: Si nos vobis cęlestia seminauim⁹: magnū est si terrena vestra metam⁹? In cęlo ergo respicit cęlestia seminantes: in terra aūt terrena reddētes: tamē humiles et hos et illos. Humilia em̄ respicit in cęlo et in terra: q̄ meminerūt vtriq; q̄d fuerint p suā malicia: q̄d facti sunt p dñi gratiā. Mecq; em̄ illis tantūmodo dicit vas electionis: Fuistis em̄ aliq̄n tenebrę: nūc aūt lux in dño. Et iterū: Gratia salui facti estis p fidē: et hoc nō ex vobis: sed dei donū est: nō ex opibus: ne forte ꝙs extollat: sed etiā seipm̄ adiūgit cōsequenter dicens: Illius em̄ sum⁹ figmentū: creati in opib⁹ bo nis. Dicit etiā seorsum de se ⁊ ipis q̄ respiciūtur i cęlo: Fuim⁹ em̄ inquit ⁊ nos naturaliter filij irę: sicut et cęteri. Et iterū: Fuim⁹ em̄ inquit ⁊ nos inquit stulti aliquādo ⁊ increduli: errātes: seruientes desideriis ⁊ voluptatib⁹ varijs: in malicia ⁊ inuidia agentes: abominabiles: inuicē odio habētes. Cū aūt benignitas et humanitas illuxit saluatoris dñi nostri: nō ex operibus iusticię quę fecimus nos: sed sm̄ suā misericordiam saluos nos fecit p lauacrū regenerationis. Ecce hūilia q̄ respiciūt in cęlo: Spūales em̄ sūt: ⁊ omnia iudicant: sed tamē humiles: ne delecti iudicēt. Quid de seipo singulariter? Mōne talia sūt quę cōmemorat: Qui nō sum inquit idoneus vocari ap̄lus: quia persecutus sum ecclesiā dei: sed misericordiam ꝓsecutus sum: quia ignorās feci i incredulitate? Deniq; post istos versus quib⁹ ait in psalmo spūs: Quis sicut dominus deus noster q̄ in altis habitat: ⁊ humilia respicit in cęlo et in terra: volens docere nos quare in cęlo humilia cū iam spūales magni: et iudiciarijs sedibus digni: tali significent eloquio: Subiecit statim. ¶ †Qui erigit a terra inopem: ⁊ de sterc̄ore †exaltat pauperē: ¶ Vt collocet eum cū principibus: cū principib⁹ populi sui. Non itaq; dedignent esse humilia capita excellorū sub dextera dñi. Quis em̄ collocet fidelis dominicę pecunię dispēsator cū principib⁹ populi dei: q̄ uis sessurus sit in duodecim sedibus: ⁊ angelos q̄q̄ iudicaturus: a terra tamē inops erigit: ⁊ de sterc̄ore q̄ paup exaltat. An forte nō est exaltat⁹ de sterc̄ore q̄ seruiebat desideriis ⁊ voluptatibus varijs? Si forte cū ista iam diceret: nō erat inops: non erat pauper. Quid ergo adhuc ingemiscit grauatus: habitaculū quod de cęlo est supindui cupiens? Cur ne forte se extollat colaphizatur: ⁊ subdit angelo satanę stimulo carnis suę? Altus est quidē habitante in se domino: et habens eū spīritū qui scrutat omnia: etiam

Al. ꝓtollens
Matth. 25.
Matth. 19.
1. Cor. 6.
2. Cor. 5.
2. Cor. 12.
1. Cor. 15.

altitudinē dei. Itaq; in cęlo est: & ꝛ in cęlo dñs hūi/
lia respicit. Quid ergo fratres? Si tam audiuimus
humilia quę in cęlo sunt exaltata de stercore vt cum
populi collocarent principib⁹: nihil ne cōsequenter
audiuimus de humilibus quę in terra respicit dñs?
b Luc.16. Pauciores em̄ sunt illi amici iudicaturi cum dño:
plures aūt isti quos recipiūt in tabernacula ęterna.
Quis em̄ tota frumenti massa in cōparatiōe seiun/
Ge.34. cę palęę paucos habere videat: per se tamē cōside/
Gen.4. rata copiosa est. Multi em̄ filij deserte: magis q̄ ei⁹
que habet virū. Multi filij eius quę p̄ gratiā in se/
Ge.21. nectute concepit: q̄ eius quę ab ineunte ętate legis
vinculo maritata est. Et ego quidē dico in senectu/
te concepit: ꝛ intuēs saram matrē nostrā in vno isa/
ac: ā p̄ oēs gētes mater fideliū vocat. Quę aūt pso/
na est apud esaiam videte: quasi omīno nō matris:
Ge.21. nec ei? quę peperit aliquē: Et tamē quid ei dicitur?
Ba.49. Dicent inquit in aures tuas filij tui quos amise/
ras: angustia nobis est in loco isto: facite itaq; no/
bis et nunc locū in quo cōmoremur: Tu vero dices
in corde tuo: Quis generauit mihi istos: cū sciā me
esse sine filijs et viduam: Quis ergo istos educauit
mihi: Ego em̄ derelicta fui sola: hi autem mihi vbi
erāt: Ex eq ergo pte ista dicit ecclesia: qua videtur
Deu.32. nihil parere in istis turbis: ā nōdū dimiserūt omia
Luc.16. nos. Sed q̄ multi in eadē turba facientes sibi ami/
Ps.138. cos de mām̄ona iniquitatis: p opa miscōię ad dex/
terā stabunt. Non solū ergo erigit de stercore quē
collocet cū principibus populi sui: sed etiā ¶ †Ha/
Ge.15. bitare facit sterilē in domo: matrē filioꝝ lę
tantem. Qui in altis habitat: ꝛ humilia respicit in
cęlo ꝛ in terra: semē abraam sicut stellas cęli sancti/
tate sublimi in supnis sedibus collocat: et sicut ha/
rena in ora maris misericordiā: atq; innumerā mlti/
tudinem a sinistris fluctib⁹ atq; amaritudine impia
segregat.

¶ Explicit Tractatus de pš. CXII.
¶ Incipit Tractatus de pš. CXIII.

a Sermo prim⁹ de prima pte psalmi:
¶ Prefatio.

Legimus quidē notissimū q̄ retinemus di/
lectissimi fratres: q̄ narrat in libro Exo/
Exo.14. di: populū israel liberatum ab iniqua dominatione
egyptiorū inter diuisos fluctus maris transisse per
Josue.3. siccū: iordanē q̄q; fluuiū cū p eū in terrā p̄missiōis
intrarent tactū pedibus sacerdotū arcā dñi portan/
tiū stetisse desup infrenato lapsu: ab inferiore autem
pte defluxisse quo currebat in mare: donec in sicco
stantib⁹ sacerdotibus transiret ꝑs vniuersus. Mo/
uimus hęc: nec tamē arbitrari nos oportet in h̄ psal
mo: cui nūc Alleluia p̄nūciato cātatoq; respōdi/
mus id agere spiritūsanctū: vt p̄terita illa gesta re/
1.Cor.10. colentes: nequaq; futura talia cogitemus. Illa em̄
pta sūt aūt ad p̄t nos ad correctionē nostrā: ī q̄s finis
seculoꝝ obuenit. Cū igit audiuim⁹ in psalmo:

b Exo.15. Expositio ciusdē partis.
In exitu israel de egypto: dom⁹ ia/
cob de populo barbaro: Facta ē
Exo.14. iudea sanctificatio eius: israel p̄tās eius:
Josue.3. ¶ Mare vidit ꝛ fugit: iordanis conuersus
est retrorsum. He arbitremini nobis narrari p̄te/

rita: sed potius futura p̄dici: Quia illa quoq; mira/
cula cū in illo populo fierent: p̄sentia quidē: sed nō
sine futurorū significatiōe gerebāt. Ideoq; vt ostē/
deret qui psallēdo ista p̄dicebat: eadē se verbis age/
re quę illic factis agebantur: vno eodēq; spū ope/
rante: ꝛ illa facta: et hęc dicta sunt: vt id q̄d in fine sę
culorū manifestandū reseruabat: figuris rerū atq;
verborū p̄currentib⁹ nunciaret: nō omīno ea dixit
quę ibi gesta sunt: sed aliter quędā q̄s illic lecta didi/
cimus: ne vere putaretur transacta recolere: potius
q̄s vētura p̄dicere. Primo em̄ iordanē ipm nō reuer
sum esse retrorsum: sed stetisse legimus ab ea parte
qua aquę desup influebāt: cū p̄plus ille trāsiret: De/
inde gestiētes mōtes collesq; nō legum⁹: quę sic ad/
didit vt etiā oia ista repetereret. Mā cū dixisset: Ma/
re vidit ꝛ fugit: iordanis cōuersus est retrorsum: cō/
texuit: ¶ Montes†gestierūt†velut arietes: Ar.†exultauerūt
et colles†velut agni ouiū. Eadēq; rursus in/ Ar.†vt.
terrogat: ¶ Quid est tibi mare q̄ fugisti: et Ar.†sicut.
tu iordanis quia conuersus es retrorsum?
¶ Montes†quare†gestistis†velut arietes: Ar.†non hz.
et colles†velut agni ouiū? Attendamus ergo Ar.†exultastis.
quid admoneamur: Quia ꝛ illa facta figurę nostrę Ar†sicut †sicut
fuerūt: et hęc dicta vt nosipsos recognoscam⁹ hor/ L
tantur. Si em̄ gratiā dei quę data est nobis firmo
corde retinemus: nos sum⁹ israel semen abraę. Vo/
bis dicit Aplus: Ergo semen abraę estis: quia sicut Gal.3.
alio loco dicit: Nō in circūcisione: sed in p̄putio ve/ Ro.4.
putata est abraę fides ad iusticiā: ꝛ signū accepit cir
cūcisionis: signaculū iusticię: fidei quę est in p̄pu/
tio: vt deputet illis ad iusticiā: vt sit pater circūci
sionis his qui nō solū ex circūcisione sunt: sed ꝛ his
qui sequunt vestigia fidei: quę est in p̄putio patris
nostri abraę. Non em̄ carnaliter circūcisę genti tan/
tūmodo fact⁹ est pater: cui dictū est: Patrē multaꝝ Ibidem.
gentiū posui te: Multarū aūt: nō quarūdā: & oīm: Gen.17.
Od apte dicit cū ei dicit: Et benedicent in te omes Gen.12.
gentes. Nullus itaq; christianorū se a nomīe israel
arbitret extraneū. Illis em̄ qui crediderit ex iudęis:
in quoꝝ numero p̄ncipaliter apl̄os inuenim⁹: in an Eph.2.
gulari lapide copulantur. Hinc ait dñs ī alio loco:
Habeo alias oues quę nō sūt ex hoc ouili: oportet Joh.10.
me ꝛ illas adducere: vt sit vnus grex et vn⁹ pastor.
Populus ergo christianus magis israel: ꝛ ipe potius
domus iacob. Idē quippe israel qui iacob. Illa
vero turba iudęorū quę merito pfidię reprobata ē:
voluptate carnali vendidit p̄mogenita sua: vt non Gen.25.
ad iacob sed ad esau potius p̄tineret. Scitis nanq; Ibidem.
in hoc mysterio dictū esse: quia maior seruiet mino/ D
ri. Ęgyptus aūt qm̄ interp̄tat afflictio vel affligens:
vel cōp̄rimens: sępe in imagine ponit huius sęculi:
a quo spūaliter recedendū est: ne simus iugū ducen 2.Cor.6.
tes cū infidelibus. Sic em̄ quisq; hierusalē cęlestis
fit ciuis idoneus: cū primū huic sęculo renunciaue/
rit: quēadmodū ille populus in terram p̄missionis
duci nō potuit: nisi p̄us ab ęgypto recederet. Sz si/
cut ille nō inde discessit: nisi diuino liberat⁹ auxilio:
sic nemo corde ab hoc sęculo auertit: nisi diuinę mi
sericordię munere adiutus. Od em̄ illic semel p̄figi/
guratū est: hoc in isto fine sęculi: in hac (sicut beatus
iohānes apl̄us scribit) hora nouissima q̄tidianis ec/ 1.Joh.2.
clesię ftib⁹ in vnoquoq; credente complet. Audite
Apl̄m doctorē gentiū docētē et exhortantē: Nolo 1.Cor.10.

eñ vos inquit ignozare fratres: quia oñes patres nostri sub nube fuerũt: ⁊ oẽs p mare trãsierũt: ⁊ omnes in moyse baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ omnes eundẽ cibũ spiritualẽ manducauerũt: ⁊ oẽs eundẽ potũ spiritualẽ biberũt: Bibebãt autẽ de spũali cõsequẽte eos petra: Petra aũt erat chriſt⁹. Sz nõ in oñibus illis beneplacuit deo. Prostrati eñ sunt
1.Cor.10. in deserto. Hec autem figurę nostrę factę sũt. Quid vultis amplius fratres dilectissimi? Certe manifestum est nõ humana suspitiõe: sed apostolico: id est diuino ⁊ dominico magisterio: Deus eñ loquebat in eis: ⁊ q̃uis de carneis nubib⁹: tamẽ oñs intonabat: Certe ergo tanto testimonio manifestũ est illa omnia figurate gesta: nũc in nostra salute compleri: quia tũc futura p̃nunciabant: nũc p̃terita legũtur:
E et p̃sentia cognoscunt. Audite quidẽ qõ ẽ mirabili⁹ libzorũ veterũ sacramẽta occultata atq; velata: nõnulla ex parte a libzis veterib⁹ reuelari. Nã Michę-
Michee.7. as ꝓpheta ita loquit: Scõm dies inquit ꝓfectionis eozũ ex ęgypto: ostendã mirabilia illis: Videbũt nationes ⁊ cõfundent ab omni vigoze eozũ: Manib⁹ oza sua obstruẽt: aures illis exurdabunt: velingẽtes terrã: velut serpẽtes trahentes terrã: Cõturbabunt de cõclusionibus eozũ: in dño deo nostro excident mente: ⁊ terrebunt a te: Quis deo tuo similis auferens iniquitatẽ: ⁊ transgrediens impietatẽ resíduis hęreditatis tuę: Et nõ continuit in testimoniũ iram suam: quoniã volũtarius ⁊ misericoz est: Ipe conuertet et miserebit nostri: Demerget delicta nostra: demerget in maris ꝓfundũ oñes culpas nostras. Nempe aduertitis fratres: manifesti⁹ hic aperiri sacrosancta mysteria. In hoc ergo psalmo q̃uis futura intueat mirabilis ꝓphetię spirit⁹: tamẽ videt velut transacta narrare. Facta est inquit iudęa sanctificatio eius: mare vidit ⁊ fugit. Et facta est: ⁊ vidit ⁊ fugit: p̃teriti tpis verba sunt: Et cõuersus est iozdanis: ⁊ gestierũt montes: ⁊ cõmota est terra: eodẽ mõ p̃teritũ sonant: sine p̃iudicio tamẽ intelligendi futura. Alioquin: cõtra euangelicũ testimoniũ cogimur etiã illa nõ de futuro p̃nunciata: sed de p̃terito com
Ps.23. memozata ĩtelligere: Diuiserũt sibi vestimẽta mea:
Matth.27. ⁊ sup vestimentũ meũ miserũt soztẽ. Quę q̃uis verbis p̃teriti tempis dicta sint: id tamẽ p̃nunciabant qõ tanto post futurũ in passione dñi cõpleret. Sed tamẽ dilectissimi: ꝓpheta iste quẽ cõmemozaui etiã grossa ⁊ crassa cozda limauit: ⁊ ad intelligẽda de p̃teritę reb⁹ gestis futura incũctãter extendit: vt nõ solũ
1.Cor.10. apostolica auctozitate figuras nr̃as illas fuisse credamus: sed nec ab ipis ꝓphetis hoc p̃termissum est: vt etiã eozũ eloquio panderet: Videtes atq; gaudẽtes certi ac securi de thesauro dei: et noua et vetera cõcozditer sibimet cohęrẽtia ꝓferamus. Cũ eñ tãto post egressum populi illius ex ęgypto: ⁊ tanto añ ista ecclesię tempa hęc quę cõmemozaui cecinerit: tamẽ se futura p̃dicere sine vlla dubitatione testat.
Michee.7. Scõm dies inquit ꝓfectionis eoꝝ ex ęgypto: ostendam mirabilia illis. Videbũt natiões: ⁊ cõfundent: Hoc est qõ hic dictũ ẽ: Mare vidit ⁊ fugit. Si eñ hic per verba p̃teriti tempis: sicut ẽ vidit ⁊ fugit: occulta futura p̃dicant: videbũt certe ⁊ confundẽtur: q̃n futuri tempis verba sunt: quis audeat de rebus p̃teritis cogitare? Et paulopost ipos hostes nr̃os q̃ nos fugiẽtes vt interimerent sequebant: id est delicta nostra: sicut ęgyptios in mari obzutos: ita ĩ ba-
Exo.14. ptismo demersa ⁊ extincta luce clariꝰ ĩtimat dicẽs:
Michee.7. Quoniã volũtari⁹ et misericoz est: ipe cõuertet et
5 miserebit nostri: demerget delicta nostra: demerget in maris ꝓfundũ oẽs culpas nostras. Quid est chariſſimi? Qui vos cognoscitis israelitas fm semẽ a-
Gal.3. bzaę: qui estis dom⁹ iacob fm ꝓmissionẽ hęredes: cognoscite etiã vos exisse ab ęgypto: qui huic secu-
lo renũciastis: exijsse de populo barbaro: qui confessione pietatis vos a blasphemijs gentiũ seiunxistis. Nõ est eñ lingua vestra: sed barbara: quę deũ laudare nõ nouit: cui vos cantatis Alleluia. Facta est eñ iudęa sanctificatio eius in vobis. Nõ eñ qui in manifesto iudęus est: neq; q̃ in manifesto circũcisio est in carne: sed qui in occulto iudęus est ⁊ circũcisio cozdis. Interrogate ergo cozda vestra si ea circũcidit fides: si purgauit cõfessio: in vobis facta ẽ iu-
Jos.3. dęa sanctificatio ei⁹: in vobis israel potestas eius.
Jos.4. Dedit eñ vobis potestatẽ filios dei fieri. Jam vero recozdet vnusquisq; vestrũ cũ deo velit applicari coz: eiusq; suaui iugo: recedẽs a pristinis ignoran-
Exo.1. tię suę desiderijs vetuotũ animũ subdere: carnalibus q; huius mũdi factis relictis atq; abiectis: in qbus sine fructu laborabat tanq; in ęgypto cũ lateres sub dura dñatiõe diaboli faceret: audita voce dñi dicẽ-
Matth.11. tis: Venite ad me oñes qui laboratis ⁊ onerati estis:
6 et ego vos reficiam: desertis atq; abiectis sub leuẽ chriſti sarcinam currere: Recozdet ergo vnusquisq; vestrũ quẽadmodũ oĩa spectãria ipedimẽta cesserit: dissidẽtiũ ⁊ dissuadẽtiũ voces aut erũpe ñ ausę sũt: aut cõsiderato chriſti nomine p oẽs terras exaltato et honozato: tremefactę siluerũt. Ergo mare vidit ⁊ fugit: vt tibi sine contradictione ad libertatẽ spũalẽ panderet via. Jozdanis autẽ quẽadmodũ retrozsũ cõuersus sit: nolo extra vos gratis: nolo aliqd mali suspicemini. Increpat eñ dñs quosdã qui dozsum ad eũ posuerũt ⁊ nõ facie. Et quisquis p̃cipiũ sumum deserit: ⁊ a suo creatoze auertit: tanq; fluuius in mare labit: in hui⁹ sęculi amaricantẽ malicią. Ho-
num ergo est illi vt retrozsum cõuertat: fiatq; illi vt ante faciẽ reuertenti: quẽ sibi a tergo posuerat: ⁊ fiat illi retro mare huius sęculi qõ sibi ante faciẽ cũ
Phil.3. illuc labereꝰ: effecerat: et sic obliuiscat ea quę retro sunt: vt in ea quę in ante sũt extendat: Qõ iam conuerso vtile est. Nãq; anteq; conuertat: si ea quę retro sunt obliuiscit: deũ obliuiscit: quia ipm retro fecerat ad quẽ dozsum posuerat: ⁊ si in ea quę ante sũt extendit: in sęculũ extendit: quia ipm sibi ante faciẽ posuerat: quo auidius irruebat. Jozdanis ergo illos significat: qui gratiã baptismi ꝓceperunt: Et sic iozdanis cõuertit retrozsum: cũ illi conuertũtur ad
2.Cor.3. deũ: vt eũ iam retro nõ habeant: sed reuelata facie gloziã dñi speculantes: in eandẽ imaginẽ transformentur a glozia in gloziã. Montes gestierũt velut arietes: fideles dispensatozes verbi veritatis: sancti apostoli: sancti euãgelij p̃dicatozes. Et colles velut agni ouiũ. Hi sũt quibus dicit: In chriſto iesu per
1.Cor.4. euangeliũ ego vos genui: Hi sunt quibus dicitur:
Ibidem. Non vt confundã vos hęc scribo: sed vt filios me-
os charissimos moneo: Hi sunt de quibus dicitur:
Ps.28. Afferte dño filios arietũ. Attendite p oñes terras qui nostis ista mirari ⁊ gaudere atq; cantare domino deo nostro: Attẽdite ista cõpleri per oñes gen-

tes: que ante tam longa tempa figurate gesta atq; ꝓdicta sunt: Interrogate ⁊ dicite: Quid est tibi mare quod fugisti: ⁊ tu iordanis quia cõuersus es retrorsum: montes quia gestistis velut arietes: et colles sicut agni ouiũ? Quid est o sęculũ q tua impedimẽta cesserunt? Quid est o tot milia hominũ toto orbe fideliũ huic mundo renũciantiũ: qõ ad vestrum dñm cõuertimini? Quid est qõ gaudetis: quibus in fine dicetur: Euge bone serue: qm in paucis fidelis fuisti: supra multa te constituã? Quid est q gaudetis ꝙ ī fine dicet: Venite bñdicti ꝑris mei: ꝑcipite regnũ quod vobis paratũ est ab origine mũdi? Respõdebũt vobis hęc omnia: voscq ipi respõdebitis ꝙ ī fine dicet: Dñi dei iacob. Quid ẽ: a facie dñi dei iacob: nisi eius ꝓsentia qui dixit: Ecce ego vobiscum sum vsq; in cõsummationẽ sęculi? Cõmota est enim terra: Sed q; male pigra remãserat: cõmota est vt solidus firmaret a facie dñi: ¶ Qui conuertit petram in stagna aquarum: ⁊ rupes in fontes aquarum. Seipsum enim et quandam suam duriciã liquefecit ad irrigandos fideles suos: vt ꝓmus cum ignoraret: durus videbat. Inde illi turbati sunt et nõ expectauerũt: donec scripturis aperiret atq; inundaret in eos: qui dixerũt: Dura est hic sermo: quis potest eum audire? Ista petra: ista duricia cõuersa est in stagna aquarũ: et ista rupes in fontes aquarũ: cum resurgẽs exposuit eis: incipiens a moyse per oñes ꝓphetas: quia sic oportebat christũ pati: et misit spiritũ sanctũ: de quo dicebat: Si quis sitit veniat et bibat. ¶ Nõ nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Gratia quippe ista erumpẽt aquę de petra (Petra autẽ erat christus) nõ quasi ex opibus ꝓcedentibus data est: sed miserante illo qui iustificat impiũ. Etenim christus ꝓ impijs mortuus est: ne vllã suã homines sed nominis dei quererent gloriã. ¶ Super misericordiã inquit: ⁊ veritatẽ tuã. Hęc duo ris ꝙ sibi sępe iungãtur. In sua quippe misericordia vocauit impios: ⁊ in veritate iudicat eos qui vocati venire noluerunt. ¶ Nequãdo dicant gẽtes: vbi est deus eorum? In nouissimo eñ apparebit miscdia eius et veritas: quãdo signum filij hominis apparebit in cęlo: ⁊ tunc plangẽt oñes tribus terre: ⁊ nõ dicẽt: Vbi est deus eorũ: cũ eis non adhuc credẽdus ꝓdicatur: sed iam tremendus ostẽditur. ¶ Deus autẽ noster in cęlo: Sursum. Non in cęlo vbi solẽ et lunã vident opera dei q̃ cognoscunt: sed in cęlo sursum quod trãsgreditur oñia corpora cęlestia et terrestria. Hec sic est in cęlo deꝰ noster: quasi subtracto cęlo ruinam sine sede formidet. In cęlis eñ et in terra: ¶ Omnia † que voluit fecit: Hec indiget operibꝰ suis tanq; in eis collocetur vt maneat: sed in sua eternitate ꝑsistit: in qua manens omnia quęcũq; voluit fecit in cęlis ⁊ in terra. Hęc eñ iam eũ portabant vt ab eo fieri possent: quãdo nisi fierent eũ portare non possent. Ergo in quibꝰ est ipe tanq; indigẽtia cõtinet: nõ ab eis tanq; indigens cõtinetur. Siue sic intelligat: in cęlis et in terra: oñia quęcũq; voluit fecit: vel in superioribus: vel in inferioribꝰ populi sui voluntariã gratiã suam constituit: ne quis de operũ meritis gloriet: Quia siue montes gestiant velut arietes: siue colles velut agni ouium: a facie dñi cõmota est terra: ne in terrenis sordibus ꝑpetuo remanerent.

¶ Sermo scõs de scõa parte psalmi.

Prefatio. A

Quãq; fortasse omniũ psalmorũ sit vna contextio diligenter intuentibus: ita vt nullus sequatur qui non superiori possit adiungi: tamẽ istum ita consideremus tanq; vterq; vnus sit: iste scz ac superior. Nanq; cum in illo dictum sit: Nõ nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam: Super misericordiã tuã et veritatẽ tuã: ne quãdo dicãt gentes vbi est deus eorũ: quia inuisibilẽ deũ colimus: qui nullorũ corporeis oculis: cordibus autẽ paucorum mũdissimis notus est: tanq; ideo possint dicere gentes: vbi est deus eorũ: quia ipi possunt ostendere oculis deos suos: primo admonuit operibus sentire presentiã dei nostri: quia cũ sit in cęlo sursũ: in cęlo ⁊ in terra omnia q̃cunq; voluit fecit: Et quasi diceret: Ostendant gentes deos suos:

¶ Expositio eiusdem partis.

Simulacra: inquit: gẽtium argentũ ⁊ aurum: opera manuũ hominum: Ps. 134. B
Id est q̃uis deum nostrũ carnalibus oculis vestris nõ possimus ostẽdere: quẽ per opera intelligere debuistis: nolite tamẽ seduci vanitatibꝰ vestris: quia vos ea que colitis digito potestis ostendere. Multo quippe honestius nõ haberetis quod possetis ostendere: q̃ vt in eo qõ in istis oculis a vobis ostendit: vestri cordis cęcitas ostendat. Quid enim ostẽditis: nisi aurũ et argentũ? Habent quidẽ ⁊ęrea ⁊ lignea: ⁊ fictilia simulacra: Nec huiuscemodi: alterius alteriusq; materię: ꝑ pcioſũ eoꝝ maluit cõmemorare spũsanctus: q; cũ in eo quisq; quod illi charius est erubuerit: multo facilꝰ auertitur a veneratione viliorũ. Nam dictũ est alio loco scripturarum de simulacrorũ cultoribus: dicentes ligno: Pater meus es tu: et lapidi: tu me genuisti. Sed ne sibi sapiẽtior videatur qui hoc nõ ligno ⁊ lapidi dixerit: sed auro et argento: hũc aspiciat: huc aure cordis intendat: Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurum. Non abiectũ aliquid et aspernabile nominatũ est: Et ei quidẽ animo qui terra nõ est: terra ẽ et aurum et argentũ: sed speciosior atq; fulgẽtior: solidior atq; firmior. Noli ergo addere manus hominũ: vt ex eo metallo quod fecit verus deus velis facere falsũ deum: immo falsum hominẽ: quẽ ꝓ vero venereris deo: quẽ quisq; ꝓ vero homine in amicitiam reciperet: insaniret. Ducit enim et affectu quodam infirmo: rapit ifirma corda mortaliũ formata silitudo: et membrorũ imitata compago. Sed sicut fabricata singula ostendis: sic ostende officia singulorum: quorum te effigies ⁊ humana vanitas trahit. C
¶ Os † enim habent et non loquent: oculos habent ⁊ non videbunt. ¶ Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt. ¶ Manus habent ⁊ non † contrectabunt: pedes habent ⁊ non ambulabunt: non clamabunt in † faucibus suis. Jam ergo artifex melior est eis: quia ea potuit membrorum motu atq; officio fabricare: quẽ tamen artificem te vtiq; puderet adorare. Melior et tu q̃uis

Ps. 134. Sap. 15. Al. † non hy.

Al. † palpabũt

Al † gutture suo

tanq̃ seipm: prius debet diligendo deum diligere seipsum. Qđ vnde poterit scire si nescit deum: si nescit et seipsum? Recte itaq̃ dicitur deo: Incola ego sum in terra: ne abscondas a me mandata tua. Merito nanq̃ abscõdunt eis: qui nõ sunt incolę in terra. Hęc em̃ mandata etsi audiũt nõ sapiũt: quia
Phil.3. terrena sapiũt. Quorũ aũt conuersatio in cęlis est: inq̃ntũ hic cõuersant pfecto pegrinãtur. Petãt itaq̃ ne abscondant ab eis mandata dei: per quę ab ꝟ incolatu liberẽtur diligẽdo deũ: cum quo in ęternũ erunt: et diligendo primũ: vt illic sit vbi et ipi erũt.
Quid autẽ diligẽdũ diligit: si ipa dilectio nõ diligitur? Unde cõsequẽter iste incola in terra cũ dei mãdata ne sibi abscõderent orasset: in quibus dilectio
5 pcipitur vel sola vel maxima: et ipius dilectiõis dilectionẽ se velle habere pclamat dicens: ¶ Cõcupiuit anima mea desiderare iustificatiões tuas: in oñi tempe. Laudabilis est ista concu-
Exo.20. piscentia: nõ dãnabilis. Non de hac dictũ est: Nõ
Ro.7. concupises: sed de illa qua caro concupiscit aduer-
Gal.5. sus spiritũ. De hac autẽ bona concupiscẽtia qua cõcupiscit spiritꝰ aduersus carnẽ: quęre vbi scriptum
Sap.6. sit: et inuenies: Cõcupiscentia itaq̃ sapientię deducit ad regnũ. Et multa alia reperiũtur bonę cõcupiscentię testimonia. Sed hoc sane interest: q̃ nõ tacetur quid cõcupiscat quãdo bona cõmemorat cõcupiscentia: cũ autẽ nõ addit quid cõcupiscat: sed sola ponit: nõ nisi mala intelligit: sicut in hoc qđ cõme-
Ibidem. morauit: Cõcupiscẽtia itaq̃ sapientię: deducit ad regnũ: Si nõ adderet sapiẽtię: nullo modo diceret: cõcupiscẽtia pducit ad regnũ. At vero Apostolus qđ
Ro.7. posuit: Concupiscentiã nesciebam: nisi lex diceret: Non cõcupisces: Nõ vtiq̃ addidit cuius rei concupiscentiã: vel qđ nõ cõcupisces. Certũ est em̃ nõ intelligi cum ita dicit nisi malã concupiscentiã. Quid
6 ergo huius anima cõcupiuit? Desiderare inquit iustificationes tuas in oñi tempe. Credo nondũ eas desiderabat quãdo cõcupiuit desiderare. Justificationes aũt facta sunt iusta: id est opera iusticię. Cũ itaq̃ nondũ habeat et qui iam desiderat: q̃ longe ab his erat qui adhuc eas desiderare cõcupiscebat? Et q̃ longius ab eis sunt: qui neq̃ hoc adhuc cõcupiscunt? Mirũ est aũt quomõ concupiscat desiderũ: nec sit in nobis cuiꝰ cõcupiscentia iam sit in nobis. Neq̃ em̃ pulchrũ aliquod corpꝰ est sicut aurũ: vel caro aliqua speciosa: quã potest homo cõcupiscere nec habere: quia extra posita nõ est i homie. Quis nesciat in homine esse cõcupiscentiã: in homine esse desiderũ? Cur ergo concupiscit vt habeat: quasi forinsecus inferat? Aut quõ haberi eiꝰ concupiscentia sine ipo põt: cũ nõ sit ipm desiderũ qđ aliud q̃ concupiscẽtia? Mã et desiderare pculdubio concupiscere est. Quis ẽ em̃ iste mirabilis atq̃ inexplicabilis lãguor? Et tamẽ est. Mã et ęgrotus qui fastidio laborat: et vult euadere hoc malũ: cõcupiscet vtiq̃ desiderare cibũ dum concupiscit nõ habere fastidiũ: Sed hoc fastidiũ morbus est corpis. Concupiscẽtia vero qua concupiscit desiderare cibũ: hoc est carere fastidio: in animo est nõ in corpe: et habet eam nõ guttur is aut fauciũ delectatio quę fastidio restringit: sed recuperande ratio sanitatis quę ad pellendũ escę fastidiũ puidetur. Et ideo nõ est mirũ si appetit animus vt appetat corpus: quãdo appetit animus: nec appetit corpus. Cum aũt vtrũq̃ animi est: et vtrũq̃ concupiscentia est: cur nõ concupisco desiderũ iustificationũ dei? Quomõ i vno eodẽq̃ animo meo habeo concupiscentiã desiderũ hui⁹? et ipm non habeo desiderũ? Aut quomõ ista duo sũt: et nõ vtũ? Ut quid em̃ concupisco desiderare iustificationes tuas: ac nõ ipas iustificationes potius q̃ earũ desiderũ concupisco? Aut quo pacto possum iustificationũ desiderũ cõcupiscere: et ipas iustificationes nõ concupiscere: cum ideo earũ desiderũ cõcupiscã: quia ipas habere concupisco? Qđ si ita est iam ipsas vtiq̃ concupisco. Quid igit opus est vt earũ desiderium concupiscã: cum iam id habeã: et habere me sentiam? Non em̃ possum cõcupiscere desiderũ iusticię: nisi concupiscendo iusticiam. An hoc est qđ superius dixi q̃ diligenda sit etiã ipa dilectio qua diligitur quod diligi oportet: sicut odio habenda est dilectio qua diligit quod diligi nõ oportet? Odio quippe habuimus concupiscentiam nostrã: qua caro concupiscit aduersus spiritũ. Et quid est ista concupiscentia: nisi mala dilectio? Et diligimus concupiscentiam nostrã qua spiritus concupiscit aduersus carnem. Et quid est ista concupiscentia: nisi bona dilectio? Cum autẽ dicit diligenda est: quid aliud dicit q̃ concupiscẽda est? Quocirca quotiã recte concupiscit concupiscunt iustificationes dei: recte concupiscit concupiscentia iustificationum dei. Hoc em̃ alio modo sic potest dici: Si recte diligũtur iustificationes dei: recte diligitur dilectio iustificationũ dei. An aliud est concupiscere: aliud desiderare? Non q̃ nõ sit concupiscentia desiderium: sed quia nõ oñis concupiscentia desiderium est. Concupiscũtur em̃ et quę habent: et quę nõ habentur. Nam concupiscendo fruit homo rebus quas habet: desiderando autẽ absentia cõcupiscit. Desideriũm ergo quid est: nisi rerũ absentiũ concupiscentia? Sed dei iustificationes absentes esse quomõ possunt: nisi quãdo nesciũtur? An et quãdo sciũtur et nõ fiunt: absentes habendę sunt? Nam quid sunt iustificationes: nisi opera iusta: nõ verba? Ac per ꝟ
2.ſt.dil.26. sũt ifirmitate aię nõ desiderari: et ratiõe mẽtis vti: Videt qppe q̃ sint vtiles atq̃ salubres: et iõ põt eap desiderium concupisci. Sępe em̃ quid agendũ sit videmus: nec agimus: quia nõ delectat vt agam? et tardemus: nec agimus: quia nõ delectat vt agam? et tardi mus vt delectet. Pręuolat intellectus: et tardi de sequitur: et aliquãdo nõ sequit humana atq̃ infirmus affectus. Ideo ergo desiderare concupiscebat: quę bona esse cernebat: cupiẽs eorũ habere delectationẽ: quorũ potuit videre rationẽ. Nõ autem ait: concupiscit: sed concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste incola in terra: qui iam puenerat ad id qđ concupierat: iamq̃ desiderabat eas: quarum se desiderium aliquãdo concupisse cõmemorat. Si aũt desiderabat: cur nõ habebat? Non em̃ aliquid impedit quo minus habeant iustificationes dei: nisi quia nõ desiderant: dum non in eas charitas feruet: quę charitas lucet. An habebat eas atq̃ faciebat? Mã paulopost dicit: Seruus aũt tuus exercebatur in iustificatiõibus tuis. Sed quibꝰ quasi gradibꝰ ad eas puenias?
2.ſt.dil.26. ostendit. Prius est em̃ vt videat q̃ sint vtiles et hoc nestę: deinde vt earũ desiderium cõcupiscatur: postremo vt pficiente lumine atq̃ sanitate delectet earũ et operatio: quarũ sola ratio delectabat. Sed ea quę

sequũtur: quoniã iam iste ꝓlixus est: alio sermone adiuuante dño cõmodius differẽt.
¶ Explicit sermo octauus. ¶ Incipit sermo nonꝰ de eo qõ dicit: Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis: vsq; ad id: Nam et testimonia tua meditatio mea est: ⁊ cõsolatio mea iustificationes tue.

Psalmi huius que tractanda subsequũtur admonẽt nos causam nostre miserie recordari. Etenim cũ dixisset: Cõcupiuit anima mea desiderare iustificatiões tuas in oĩ tempore: siue scz in rebus ꝓsperis: siue in aduersis: Quia ⁊ in laboribus ⁊ doloribus debet delectari iusticia: nec ita est tempe diligenda tranquillo: vt turbulẽto tempore deseratꝫ: sed amplectenda est in oĩ tempore: continuo subiecit: ¶ Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Sup. bi enim declinant a mandatis dei. Aliud est quippe mandata dei per infirmitatẽ vel per ignorantiã non implere: aliud ab eis per superbiã declinare: sicut fecerunt qui nos mortaliter in hec mala genuerunt. Dele. 5. Delectauit eñ eos: Eritis sicut dij: ac sic a mãdato dei qõ sibi eũ mandasse sciebant: ⁊ qõ facillime nulla infirmitate reuocãte: impediente: tardãte: implere poterant: per hanc superbiã declinarunt. Et ecce ista tota dura ⁊ infelix erumna mortaliũ: quodãmodo hereditaria est increpatio superbozum. Quãdo eñ dixit deus: Adam vbi es: nõ vbi esset deus ignorabat: sed superbũ increpabat: et vbi tũc esset: id est ad quã miseriã puenisset: nõ scire cupiebat: sed iterrogando increpans admonebat. Vide aũt quẽadmodum cũ dixisset: Increpasti superbos: nõ ait maledicti qui declinauerũt a mãdatis tuis: vt illud tantum ꝓtozũ hominũ peccatũ veniret in mentẽ: sed ait: maledicti qui declinant. Oportebat eñ vt omnes illo terrerẽtur exemplo a diuinis non declinare mandatis: et diligendo iusticiam in oĩ tempe: ĩ hius mundi etiã labore recipe qõ in paradisi amisimus voluptate. Sed quoniam superbi nec in tanta deponũt increpatiõe ceruicẽ: et cũ sint delecti laborẽ mortisq; supplicio: extollũt superbie typo: imitãtes elationẽ cadentiũ: irridentes humilitatẽ surgentiũ: p eis orat corpus christi cum dicit: ¶ Aufer a me oppꝛobꝛiũ et contemptũ: quia testimonia tua exquisiui. Testimonia grece martyria nũcupant: q̃ verbo iã vtimur pro latino eloq̃o. Unde illos qui ꝓpter testimoniũ christi diuersis passiõibus humiliati sunt: et vsq; ad mortẽ pro veritate certarunt: non testes qõ latine vticq; possemus: sed grece vticq; martyres appellamus. Cũ hoc q̃ familiarius auditis: ⁊ dulcius sic accipiam⁹ hec verba tanq; dicum sit: Aufer a me oppꝛobꝛiũ et contemptũ: quoniam martyria tua exquisiui. Christi corpus ista cũ dicit: nũquid ab impijs et superbis audire oppꝛobꝛiũ atq; contemptũ vllã deputat penam: cũ potius indecet peruenire ad coronã: Cur ergo quasi graue aliquid ⁊ intolerabile a se poscit auferri: nisi q; vt dixi orat ꝓ ipsis inimicis suis quib⁹ esse ꝓspicit noxium obijcere sanctũ nomẽ christi tanq; oppꝛobꝛiũ christianis: et eius a iudeis irrisam crucẽ tanq; humilitatis christiane medicinã: qua sola tumoꝛ ille sanat quo inflati cecidimus: ⁊ iacentes amplius intumuimus eadem superbia ꝓmanente et crescente cõtemnere: Dicat itaq; corpus christi: iam eñ diligere didicit inimicos suos: dicat dño deo suo: Aufer a me oppꝛobꝛiũ et contemptũ: quia martyria tua exquisiui: id est oppꝛobꝛiũ quod ideo audio: et contemptum q̃ ideo contemnoꝛ: quia martyria tua exquisiui: aufer a me. Inimici eñ mei quos a me p̃cipis diligi: qui magis magisq; moriũtur ⁊ percunt cũ martyria tua ꝓtẽnant et criminãtur me: ĩ me ꝓfecto reuiuiscũt et inueniũtur: si martyria tua venerẽtur ĩ me. Ita factũ est: hoc videm⁹: Ecce martyriũ christi et apud homines et in hoc mũdo non solũ nõ est oppꝛobꝛiũ: sed magnũ est ornamentũ. Ecce nõ solum in cõspectu dñi: verũetiã in cõspectu hominũ iã p̃ciosa est mors sanctozũ eius. Ecce non solũ nõ contemnũtur: verũetiam magnis honoꝛibus p̃ferũtur martyres eius. Ecce filius ille iunioꝛ qui pro porcꝫ quos pascebat: id est ꝓ immũdis demonib⁹ quos colebat: particulã suam ĩ pauciss̃imis christianis p̃cedentẽ persequebatꝫ: iam nũc in tam multis et magnis populis gẽtiũ martyres ĩ quib⁹ ingerebat oppꝛobꝛiũ religiosiss̃ime p̃dicans: et maximis laudib⁹ quos contẽnebat exaltans: moꝛtuus erat ⁊ resurrexit: perierat ⁊ inuẽt⁹ est. Hoc tam magno lucro coꝛrectionis: cõuersionis ⁊ redemptiõis inimicoꝛũ suoꝛum corpus christi deo dixit: Aufer a me oppꝛobꝛium ⁊ contemptũ. Et quasi quereretur de qua re oppꝛobꝛiũ: de qua re contemptũ: subiungit: Quoniam martyria tua exquisiui. Ubi est nũc illud oppꝛobꝛium: vbi ẽ ille cõtemptus: Abierunt atq; transieꝛunt: et quia inuẽti sunt qui pierãt: illa perierũt. Sz q̃ ecclia tlia p̃dicabat ⁊ ꝓcabat: illa patiebat. Etenim sederunt ꝓncipes: inquit: †et aduersũ me loquebantur. Unde ꝓsecutio grauis erat: qz eam sedentes: hoc est iudiciarijs sedibus eminẽtes: p̃ncipes decernebant. Refer hoc ad ipm caput: inuenies sedisse ꝓncipes iudeozũ: consiliũ q̃rẽtes quomõ christũ ꝓderent. Refer hoc ad coꝛpus eius: id est ad ecclesiam: inuenies reges terre excogitasse atq; iussisse quomõ christiani nusq; essent. Etenim sederũt ꝓncipes: ⁊ aduersum me loq̃bant. ¶ Seruus autẽ tuus exercebaꝫ in tuis iustificationibus†. Qualis exercitatio hec fuerit qui nosse desideras: qõ adiunxit intellige: ¶ Nam et testimonia tua meditatio mea est: ⁊ consilium meũ iustificatiões tue. Recole qõ supius commendaui testimonia esse martyria. Recole in iustificationibus dñi nulla esse difficilioꝛa ⁊ mirabilioꝛa: q̃ vt suos quisq; diligat inimicos. Sic ergo exercitabaꝫ coꝛpus christi: vt et martyria: id est testimõia eius meditareꝫ: et vt diligeret eos a quibus oppꝛobꝛãtibus ⁊ ꝓtẽnẽtibus ꝓpter ipa martyria psecutiones patiebaꝫ: Nõ eñ ꝓ se sicut iam cõmẽdauim⁹: sed ꝓ ipis potius oꝛabat dicens: Aufer a me oppꝛobꝛiũ ⁊ cõtemptũ: Sederũt ergo ꝓncipes et aduersum me loquebantꝫ: seruus aũt tuus exercebaꝫ in iustificationib⁹ tuis: Quo nam mõꝛ Nã et testimõia tua meditatio mea est: ⁊ consiliũ meũ iustificatiões tue. Cõsiliũ cõtra ꝓsiliũ. Consiliũ sedentiũ p̃ncipũ fuit inuẽtos martyres ꝓdere: cõsiliũ patientiũ martyrum fuit inimicos ꝓditos inuenire. Reddebãt illi mala ꝓ bonis: isti bona ꝓ malis. Quid ergo mirũ si illi occidendo defecerũt: isti moriendo vicerunt: Quid inquã mirũ si martyres sequẽtibus gentibus

Matth. 5.

Ps. 118.

Luc. 15.

Ibidem.

Ps. 1.

Matth. 26.

Matth. 5.

tempozalē moztē patientissime ptulerunt: et gentes martyribus ozātibus ad ēternā vitam puenire potuerunt: dum cozpus christi sic exerceret: vt ꝛ martyria meditaret: et malis martyrū persecutozib⁹ bona p̄caretur.

¶ Explicit sermo nonus. ¶ Incipit sermo decim⁹ de versu psalmi: Adhesit pauimēto anima mea: viuifica me ſm verbum tuum.

A Sequitur in isto psalmo maioze qō considerare et sicut dñs dederit pertractare debemus: ¶ Adhesit pauimento anima mea: viuifica me ſm verbum tuū. Quid est: adhesit pauimento anima mea: Nam cū adiungit et dicit: Viuifica me ſm verbū tuum: quare se viuificari poscat: vtiq; causam p̄misit dicendo: Adhesit pauimēto anima mea. Ergo quia ꝓterea se viuificari petit: quia pauimēto adhesit anima eius: mirū si boni aliquid hinc vult intelligi. Ita quippe se habet tota ista sentētia: tanq; diceret: moztu⁹ sum: viuifica me. Quid est enim pauimētū ꝛ Si tanq; vnā quandā domū magnā vniuersum mundū velimus accipere: videm⁹ velut eius camerā cęlū: pauimētū terrā. Erit igit pauimētū terrēis eruī: ī ra esse: ꝛ cū apostolo dicere: Cōuersatio nostra ī cęlis est. Proinde terrenis adhęrere mozs animę ē: Cui malo cōtraria poscitur vita: cum dicit: viuifica me. Sed videndum est: vtrū congruāt huic verba ista qui superius talia dixerat: quibus magis deo videat adhęsisse q̄ pauimēto: vt cōuersatio eius nō in terrenis sed in cęlestibus haberet. Quomō enim potest intelligi terrenis adhęsisse qui dicit: Seruus autē tuus exercebat in tuis iustificatiōibus: nam ꝛ testimonia tua meditatio mea est: ꝛ consiliū meū iustificatiōes tuę: Hęc sūt em̄ verba eius antecedentia: quoz antecedentiū ista sunt consequētia: Adhesit pauimento anima mea. An ex hoc intelligere debemus: q̄ntūlibet quisq; ꝓficiat in iustificatiōibus dñi: habere eum moztalis carnis affectū circa ista terrena: in quibus vita humana temptatio est super terrā: ꝛ ab hac moztе si pseuerāter ꝓficit: quotidie reuiuiscere: viuificāte illo cuius gratia homo noster interioz renouatur de die in diē: Nam et illud Apostolus cū dicebat: Oī diu sum⁹ ī hoc cozpe pegrinamur a domino: Et cōcupiscebat dissolui: et esse cum christo: adhęserat pauimēto anima eius. Unde ꝛ cozp⁹ ipsum quia ex terra est nō absurde intelligit pauimentum: qō adhuc quia cozruptibile est ꝛ aggrauat animam: recte in illo ingemiscitur ꝛ dicit deo: Adhesit pauimento anima mea: viuifica me ſm verbū tuū. Neq; enim nō cū cozpibus nostris sp cum dño erimus: sed tūc quia nō erūt cozruptibilia: nec animas aggrauabunt: si diligēter cōsideremus: nō eis nos: sed ipa nobis potius adhęrebūt: nos aūt deo. Unde alterius psalmi verba illa sunt: Mihi aūt adhęrere deo bonū est: vt viuāt cozpora ex nobis adhęrendo nobis: nos autē viuamus ex deo: quia nobis adhęrere deo bonū est. Adhesio quippe ista de qua dictū est: adhesit pauimēto anima mea: nō coniunctionē carnis ꝛ animę: q̄uis et ipam quidam intellexerint: sed carnalē magis animę affectū quo caro cōcupiscit aduersus spiritū: significare mihi videt. Qō si recte accipit: pfecto qui dicit: Adhesit pauimento anima mea: viuifica me ſm verbū tuum: nō id ozat vt de cozpoze moztis hui⁹: moztе ip̄ius cozpoztis interueniēte soluat: qō dies vltimus vitę huius: qui ꝓpter eius brevitatē nō potest esse diuturn⁹ quādoq; futur⁹ est: sed vt cōcupiscentia qua concupiscitur aduersus spiritū magis magisq; minuatur: et concupiscētia qua concupiscit aduersus carnem magis ac magis augeatur: donec ista cōsumatur in nobis: et illa cōsummet per spiritū sanctū qui datus est nobis. Bene aūt non ait: viuifica me ſm meritū meum: sed ait: ſm verbum tuū. Qō quid est aliud: nisi ſm ꝓmissum tuū: Fili⁹ ꝓmissionis vult esse ꝛ nō filius elatiōis: vt ſm gratiā firma sit promissio oīi semini. Hoc ē em̄ ꝟbū ꝓmissiōis: In isaac vocabitur tibi semē: Hoc est nō qui filij carnis hi filij dei: sed filij ꝓmissionis deputant in semine. Nam quid erat ipe per seip̄m: in eo quod sequit: confitebor: ¶ Vias meas enunciaui: et exaudisti me. Nōnulli quidē codices habent: vias tuas: sed plures et maxime greci vias meas: hoc est malas. Nā hoc mihi videt dicere: Peccata mea cōfessus sum: et exaudisti me: hoc est vt dimitteres ea. ¶ Doce me iustificatiōes tuas. Cōfessus sum vias meas: delesti eas: doce me tuas. Sic doce me vt agā: nō vt tantūmodo sciam quid agere debeam. Sicut enim dictū est de dño q; nō nouerat peccatū: ꝛ intelligitur nō fecerat: sic et iusticiā ille vere dicēdus est nosse qui facit. Proficientis hęc ozatio est. Nā vtiq; si oīno nō faceret: pfecto illa supioza non diceret: Seruus aūt tuus exercebat in tuis iustificationibus⁹. Non ergo in quibus exercebat has vult a do s. eodem p. mino discere: sed ab istis ad alias ꝓficiendo: velut crescendo desiderat puenire. Deniq; adiungit et dicit: ¶ Viam iustificationū tuarum institue mihi. Uel vt nōnulli codices habēt: instrue me: quod expressius de greco dicit: fac me intelligere. ¶ Et exercebor in mirabilibus tuis. Ipsas iustificationes ampliozes: quas ꝓficiendo cupit apprehendere: mirabilia dei vocat. Sunt ergo quędā dei iustificatiōes ita mirabiles: vt humana infirmitas ab eis qui expti nō sunt: nō ad eas posse puenire credatur. Unde laborans iste ꝛ earū difficultate quodāmodo fatigatus: adiungit: ¶ Dormitauit anima mea: inquit: pr̄ tędio: confirma me in verbis tuis. Quid ē: dormitauit: nisi aspere frigu it: quę se apprehensurā esse crediderat: Sz cōfirma me inquit in verbis tuis: ne ab eis quoq; ad quę puenisse me iam sentio: decidam dormitando. Confirma itaq; me in eis verbis tuis quę iā teneo: quę iam facio: vt ex eis ad alia possim ꝓficiendo puenire. Et quid impedit in via iustificationū dei sic ambulare: vt homo facile possit ad illa etiā mirabilia puenire: Quid putamus nisi quod a se amoueri in consequētibus rogat dicens: ¶ Viam iniquitatis amoue a me: Et quia lex factozū subintrauit vt abundaret delictū: sequit et dicit: ¶ Et † le/ Et †c. ge tua miserere mei. Qua lege: nisi lege fidei: Audi Apostolū: Ubi est gloziatio tua: Excluſa est. Per quā legē: Factozum: Non: sed p legem fidei. Hęc est lex fidei qua credimus et ozamus per gratiam nobis donari: vt faciamus quod p nosmetipsos implere non possumus: ne ignozantes dei iusticiam ꝛ nostrā volentes constituere: iusticię dei non simus subiecti. In lege itaq; factozū est dei iuben-

Valeth.

Phil.3.

B

Supra eodem.

Job.7.

2.Cor.4.

2.Cor.5.

Phil.1.

Sap.9.

1.Cor.15.

Ps.72.

C

Gal.5.

Roma.5.

Roma.10.

tis iustícia: in lege aũt fidei subuenientis misericor-
dia. Cum aũt dixisset: Et in lege tua miserere mei:
de beneficijs eius q̃ iam consecut⁹ est quodãmodo
si dici potest p̃scribit: vt impetret cętera q̃ nondum
est consecutus. Ait em̃: ¶ Viam veritatis ele-
gi: iudicia tua non sum oblitus. ¶ Adhęsi
testimonijs tuis dñe: noli me confundere.
Viam veritatis elegi vbi currerẽ: iudicia tua nõ sũ
oblitus vt currerẽ. Adhęsi testimonijs tuis: cũ cur-
rerem: dñe noli me cõfundere: Quo curro ptendã:
quo tendo queniam. Nõ enim volentis neq; currẽ-
tis: sed miserentis est dei. Deniq; sequtur: ¶ Viam
mandatorũ tuorũ cucurri: cũ dilatasti cor
meum. Non currerem: nisi dilatasses cor meum.
Prorsus isto versu exponitur quẽadmodũ dictum
sit: Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ sum oblitus:
Adhęsi testimonijs tuis. Cursus est q̃ppe iste vię
mandatorũ dei: Et q̃ potius ei⁹ bñficia q̃ sua me-
rita dño allegat: tanq̃ diceretur ei: Quomõ istã vi-
am cucurristi diligẽdo: et dei iudicia nõ obliuiscẽdo:
et eius testimonijs adhęrẽdo: An per teipm̃ ista po
tuisti: Non: ait. Quid ergo: Viam mandatorũ tu-
orum inq̃t cucurri: cum dilatasti cor meũ. Non er-
go per ꝓpriũ: et quasi nullius tuę opis indiguũ ar-
bitrium meũ: sed cũ dilatasti cor meũ. Cordis dila-
tatio: iusticię est delectatio. Hoc munus est dei: vt
in p̃ceptis eius nõ timore pęne angustemur: sed di
lectione dilatemur: et delectatione iusticię delectemur.
Hãc em̃ nob ꝓmittit latitudinẽ dicẽs: Habitabo in
eis et deambulabo. Q̃ em̃ latũ ẽ vbi deãbulat de⁹:
In hanc latitudinẽ diffundit charitas in cordibus
nostris per spiritũ sanctũ qui dat⁹ est nobis. Unde
etiam dictũ est: Et in plateis tuis discurrẽt ag̃ tuę.
Platea quippe de verbo greco a latitudine nomen
accepit: quoniã gręce πλατυρ dicitur latum. Hę
sunt enim aquę de q̃bus dñs clamat dicens: Si q̃s
sitit veniat ad me: qui credit in me: flumina aquę vi
uę fluent de ventre eius. Et exponẽs euãgelista q̃d
dixerit: Hoc aũt inquit dicebat de spiritu quẽ accę
pturi erant credentes in eũ. Multa dici possent de
ista cordis latitudine: sed hui⁹ sermonis iam cõtra-
dicit longitudine.

¶ Explicit sermo decim⁹. Incipit sermo vndeci-
mus de versu psalmi: Legem pone mihi dñe viam
iustificationũ tuarũ.

In psalmo isto magno sequit quod nobis
adiuuante dño considerandũ atq; tractã-
dũ est. ¶ Legem pone mihi dñe viã
iustificationũ tuarũ: et exquiram eã semp.
Apostolus dicit: Iusto nõ est lex posita: iniustis au
tem et nõ subditis: et cętera quę ibi concludens ait:
Et si quid aliud sanę doctrinę aduersat: quę est sm̃
euangeliũ glorię beati dei: quod creditũ est mihi.
Plunquid ergo talis erat iste qui dicit: Legem po-
ne mihi dñe: qualib⁹ beatus paulus dicit positã le-
gem: Absit. Si em̃ talis esset: nõ superius dixisset:
Viam mandatorũ tuorũ cucurri: cum dilatares cor
meũ. Quid est ergo q̃ orat vt sibi lex a dño ponat:
si non ponit iusto: An eo mõ non ponit iusto quo-
modo posita est populo contumaci in tabulis lapi-
deis: nõ in tabulis cordis carnalibus sm̃ testamen-
tum vetus ex mõte sina quod in seruitute generat:
sed sm̃ testamentũ nouũ: De quo scriptũ est p Hie-
remiam ꝓphetã: Ecce dies venit dicit dñs: et con- Hiere.31. Heb.8.
summabo domui israel et domui iuda testamentum
nouũ: nõ sm̃ testamentũ quod disposui patrib⁹ eo-
rum in die qua apprehẽdi manũ eorum: cũ educe-
rem eos de terra ęgypti: quoniã ipi nõ permãserũt
in testamento meo: et ego neglexi eos dicit dñs: q̃m
hoc est testamentũ q̃d constituã domui israel: Post
dies illos dicit dñs dabo leges meas in mentib⁹ eo
rum: et in cordibus eorũ scribã eas: Ecce quõ volu
it istam legẽ sibi poni a dño: nõ sicut iniustis et non 1. Timoth.1.
subditis ad vetus testamentũ ptinentib⁹ posita ẽ in
tabulis lapideis: sed sicut sanctis filijs liberę: hoc ẽ
supnę hierusalẽ: filijs ꝓmissionis: filijs hęreditatis
ęternę: sancto spiritu tanq̃ digito dei in mente dat et
in cordibus scribitur: nõ quã memoria teneant et vi-
ta negligant: sed quã sciant intelligendo: faciant dili
gendo in latitudine amoris: nõ ĩ timoris angustijs.
Nam qui timore pęnę: non amore iusticię opus le- L
gis facit: pfecto inuitus facit. Q̃d aũt inuitus fa-
cit: si posset fieri mallet vtiq; nõ iuberi: Sic p hoc le-
gis quã vellet nõ esse nõ est amicus: sed potius ini-
micus: nec mũdat ope: q̃ ĩmũd⁹ est cogitatiõe et vo
lũtate: Talis nõ potest dicere q̃d iste dixit in supio-
ribus versibus: Viam mandatorũ tuor̃ cucurri: cũ
dilatasti cor meũ: qz illa dilatatio charitatẽ signifi-
cat: quę sm̃ Apostolũ legis ẽ plenitudo. Cur ergo Ro.13.
iste adhuc posit sibi legẽ poni: quę vtiq; si nõ ei po
sita fuisset: nõ viam mandatorũ dei in cordis latitu-
dine cucurrisset: Sed quia pficiens loquitur: et dei
donũ nouit esse q̃ proficit: quid aliud petit cũ sibi
legem poni petit: nisi vt in ea magis magisq; pfici-
at: Quemadmodũ si poculũ plenũ teneas: et sitien-
ti dare incipias: et haurit bibendo: et posit deside-
rando: Quibus autẽ iniustis et nõ subditis lex in la- 1. Timoth.1.
pideis tabulis ponitur: p̃uaricatiõis reos nõ ꝓmis
sionis efficit filios. Sed et ille qui eius meminit: nec
eam diligit eo modo reus est: quia memoria eius la
pis illi est quodãmodo scriptus: nõ quo adornetur:
sed quo premat: pondus oneris: nõ titulus hono-
ris. Hanc autẽ legem iste viã iustificationũ dei vo-
cauit: nec alia via est mandatorũ eius quã se cucur-
risse iam dixerat cum dilatatũ est cor eius. Ergo et
cucurrit: et currit donec queniat ad palmã supernę
vocationis dei. Deniq; cum dixisset: Legem pone D
mihi dñe viam iustificationũ tuarũ: addidit: et exq̃
ram eã semper. Quid em̃ exquirit q̃d habet: nisi q̃a
et habet agẽdo: et exquirit pficiẽdo: Sed quid est
semper: Utrũ exquirendi nõ erit finis: sicut dictum
est: Semp laus eius in ore meo: quoniã laudãdi nõ Ps.33.
erit finis: Neq; enim deũ nõ laudabimus cũ ad ei⁹
regnũ puenerimus ęternũ: cũ legamus: Beati qui Ps.83.
habitant in domo tua: in sęcula sęculorum lauda-
bunt te. An semp dictũ est: q̃diu hic viuitur: quia tã
diu pficit: Post hãc aũt vitã q̃ bñ h̃ pficiebat: ibi
nõ pficit sm̃ perficit: Sicut de quibusdã fęminis di-
ctum est: semp discẽtes: Sz illę male: quia secut⁹ ad- 2. Timoth.3.
iunxit: et ad veritatis scientiã nunq̃ puenientes. Qui
vero in melius semp hic pficit: quo pficiẽdo nitit:
puenit vbi iam nõ pficiat: qz iã pfectus sine fine cõ
sistit. Nec de illis tamen ita dictũ est: semp discẽtes:
vt et post mortẽ discere pseuerent vana et infructuo-
sa: cum talibus doctrinis successerint: nõ studia: sed
supplicia sempiterna. Hic ergo exquiritur dei lex q̃-

diu in ea ꝓficitur: ⁊ sciẽdo et diligendo: ibi autẽ plenitudo eius manet ad fruendũ: nõ remanet ad quẽ-
Pss.104. rendũ. Sic etiã illud dictũ est: Quẽrite faciem eius semp. Ubi semp: nisi hic? Non enim et ibi semp quẽ-
1.Cor.13. remus dei faciẽ: vbi videbimus facie ad faciẽ. Aut si recte dicit exquiri qõ sine fastidio diligit: et id agitur ne amittatur: semp oñino sine fine quẽrem⁹ legem dei: hoc est veritatẽ dei. In hoc ꝗppe ipo psalmo dicit: Et lex tua veritas. Quẽrit nũc vt teneat: tunc tenet ne derelinquatur: sicut de spiritu dei dictum est ꝙ oñia scrutet: etiã altitudines dei: nõ vti-
1.Cor.2. qz vt qõ nescit inueniat: sed quia nihil relinquet omnino qõ nesciat. Gratia itaqz dei nobis ꝑcipue commendat: quãdo sibi legẽ pom̃i litterã nouerat. Sed quia littera occidit: spirit⁹ aũt viuificat: orat vt per spiritũ sãctũ faciat qõ per litterã sciebat: ne per scientiã mandati nõ obseruati etiam ꝓuaricationis ei crimẽ accedat.
E Oꝫ qz etiã vt sciat lex quomõ scienda est: id est vt intelligatur quid sibi velit: quare sit eis posita qui eã non erant seruaturi: quidqz habeat vtilitatis: etiam
Ro.5. hocipsum qõ lex subintrauit vt abundaret delictũ: nemo comphendit: nisi a dño accepit intellectum. Unde iste adiungit et dicit: ¶ Da mihi intellectum et scrutaboꝛ legem tuã: ⁊ custodiam illã in toto coꝛde meo. Cum enim quisqz legem scrutatus fuerit: et ad eius alta puenerit: in quib⁹ tota lex pendet: ꝓfecto debet deũ diligere ex toto coꝛde: et ex tota anima: et ex tota mente: et ꝓximũ suũ
Matth.22. tanqz seipsum. In his enim duobus mãdatis tota lex pendet ⁊ phetę. Hoc videt ꝓmisisse cũ dixit: Et custodiã illam in toto coꝛde meo. Sed quia et hoc nõ valet viribus ꝓꝛijs: nisi adiuuet ab illo qui iubet vt faciat qõ iubet: ¶ Deduc me: inquit: in semita mandatoꝛũ tuoꝛũ: quia ipsam volui. Parum est mihi voluntas mea: nisi in eo qõ volui me
5.codẽ.pss. ipe deducas. Et certe ipa est semita: hoc est via mãdatoꝛ dei: quã se dilataro ab illo coꝛde suo cucurrisse tã dixerat: Quã ꝓterea etiam semitã vocat: qa
Matth.7. angusta est via quę ducit ad vitam: Et cũ sit angusta: nisi dilatato coꝛde nõ curritur: Sed quoniã adhuc ꝓficit: adhuc currit: et ideo diuinũ auxiliũ quo
Ro.9. deducatur inquirit: quia neqz volẽtis neqz currentis: sed miserentis est dei. Deniqz quia et ipm velle
Phil.2. de⁹ opat in oĩb⁹ nobis: ꝓparatur enim voluntas a do-
G mino: Sequit et dicit: ¶ Inclina coꝛ meum in testimonia tua: et nõ in auariciã. Quid ẽ inclinatũ coꝛ ad aliquid habere: nisi hoc velle? Et voluit ergo et orat vt velit. Voluit cũ dicit: Deduc me in semita mandatoꝛũ tuoꝛũ: quia ipam volui: Orat aũt vt velit cum dicit: Inclina coꝛ meũ in testimõia tua: et nõ in auariciã. Hoc itaqz orat: vt ipa voluntate ꝑficiat. Quę sunt autẽ dei testimonia: nisi quib⁹ sibi ipe attestat? Testimoniꝭ enim aliquid ꝓbatur: ac ꝙ hoc iustificatiões dei ⁊ mandata dei testimoniis dei ꝓbant: Et ꝗcquid nobis ꝑsuadere vult deus: suis testimoniꝭ persuadet: In quę iste petit inclinari coꝛ suũ: et nõ in auariciã. Testimoniꝭ quippe suis agit nobiscũ deus: vt eũ gratis colamus: qõ
H impedit auaricia radix omniũ malorũ. Tali verbo greco hic appellat a quo possit intelligi generalis auaricia: qua plus appetit quisqz: qz sat est. πλέον enim latine plus est: ἕξις habitus est: ab eo qõ est habere. Ergo a pl⁹ hõdo appellata ẽ πλεονεξία: quã latini interptes in hoc loco nõnulli interpretati sunt emolimentũ: quidã vero vtilitatẽ: sed meli⁹ qui
1.Timoth.6. auariciã. Dicit aũt Apostolus: Radix omniũ malorum auaricia est. Sed in greco: vnde in nostram linguam verba ipa translata sunt: nõ legit apõ Aphn πλεονεξία: quod in loco isto psalmi huius: sed φιλαργυρία: quo ꝟbo significat amoꝛ pecunię. Uerũ Apostol⁹ intelligendus est isto nomine genꝰ significasse ꝓ specie: id ẽ ꝙ amoꝛẽ pecunię vniuersalem generalẽqz auariciã: quę vere radix est malorũ omniũ. Nam ipi ꝓmi homines ꝑ serpentẽ decepti
Gen.3. et dejecti nõ fuissent: nisi plus qz acceꝑant habere ⁊ pl⁹ qz facti fuerãt esse voluissẽt. Hoc ꝗppe ille ꝓmi serat dicens: Eritis sic dij. Ergo ista πλεονεξία subuersi sunt. Plus enim volentes habere qz acceꝑe rant: ⁊ qõ acceꝑant: amiserũt. Cuius vestigiũ verI tatis legibus quę vbiqz dispsę sunt: et in fozensi iure deꝑhẽsum est qõ institutũ est: vt plus petendo: causa cadat: id est vt qui plus petierit qz ei debeat: et qõ ei debebatur amittat. Oñis aũt a nobis circũcidit auaricia: si gratis colat deus. Ad quod sanctũ Iob i
Job.1. agone temptatiõis ipe ꝓuocat inimicus: cũ de illo dicit: Nunquid grat⁹ colit iob deum? Putabat enim diabolus ꝙ in deo colendo vir iustus coꝛ inclinatũ haberet in auariciã: ⁊ causa emolimẽti vel vtilitatis rerũ temporaliũ quibus eũ ditauerat dñs: velut mercenarius ei pro tali mercede seruiret. Sed qz gratis deũ coleret: tẽptat⁹ apuit ⁊ apparuit. Si ꝙ coꝛ nõ habeamus inclinatũ in auariciã: deũ nõ colamus nisi ꝓter deũ: vt sui cultus ipe sit merces. Ihm diliga-
Matth.22. mus et in seipso: ipm diligam⁹ ⁊ in nobis: ipm i ꝓximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos: siue habeãt eũ: siue nõ: vel vt habeant eũ: qõ nobis qñ ipo donante conferꝛ. Ideo illi dicitur: Inclina coꝛ meũ in testimonia tua: et nõ in auariciã: Sed quę sequuntur alio sermone tractanda sunt.

¶ Explicit Sermo vndecimus. ¶ Incipit Sermo duodecimus de eo qõ dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: vsqz ad Ecce cõcupiui mandaI ta tua: in iustitia tua viuifica me.

Sequitur in psalmo quem suscepimus disserendũ: ¶ Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me. Econtrario differũt inter se vanitas ⁊ veritas. Huius aũt mũdi cupiditas: vanitas: sed charit⁹ qui ex hoc mũdo liberat veritas. Ipse ẽ ⁊ via: in qua se vult iste viuificari: quia ipe est et vita. Ipe quippe
Joh.14. ait: Ego sum via: veritas et vita. Sed quid ẽ: auertе oculos meos ne videãt vanitatẽ? Mũquid ꝗdiu sumus in hoc mũdo: possum⁹ nõ videre vanitatẽ? Oñis em̃ creatura vanitati subiecta est: qę intelligitur esse in homĩe: et oñia vanitas. Quę abundan-
Ro.8. tia hominis in oñi laboꝛe suo quo ipe laboꝛat sb sole: An iste foꝛtassis hoc orat: vt nõ sit eius vita sub
Eccs.1. sole vbi oñia vanitas: sed in illo sit in quo se viuificari petit? Ille quippe ascẽdit nõ sup solẽ tantũ: sed sup oẽs cęlos: vt adimpleret oñia: Et in illo magis
Eph.4. qz sub sole viuũt: qui nõ inaniter audiunt qõ dixit Apl's: Quę sursum sunt quẽrite: vbi charist⁹ ẽ in dex-
Col.3. tera dei sedens: ꝙ sursum sunt sapite: non ꝙ sunt sup terrã: Moꝛtui em̃ estis: ⁊ vita vꝛa abscõdita ẽ cũ chri-
Philem. sto ĩ deo. Ac ꝙ hoc si vita nostra ibi est vbi ẽ vitas:

nō est vita nostra sub sole vbi est vanitas. Sed hoc tam magnū bonū magis habem⁹ in spe: nōdū tenemus in re: Et fm spem nostrā beat⁹ Apostolus ista Ro.8. locutus est: quia et illud cum dixisset: Vanitati creatura subiecta est: adiecit atq; ait: nō sponte: sed ꝓpter eum qui subiecit eam in spe. Ergo in spe q; speramus nos adhęsuros contēplandę veritati: subiecti sumus interim vanitati. Creatura quippe ista spiritualis: animalis: corpalisq; oīnis in homīe est: immo homo est: Sponte peccauit: ⁊ inimica facta est veritati: Sz vt merito puniret: nō sponte subiecta ē vanitati. Deniq; post pauca: Nō solū autē inquit: Ibidem. sed et nosipsi p̄mitias spirit⁹ habentes: id est q̄ nondum quidē ex toto quod sumus: sed ex ea parte qua pecoribus meliores sumus: deo nō vanitati subditi sumus: hoc est p̄ p̄mitias spirit⁹: et ipi in nobisinet ipsis ingemiscimus adoptionē: expectātes redem- Rom.8. ptionē corporis nostri. Spe eīm salui facti sumus. Spes aūt quę videt nō est spes. Quod enim videt quis quid sperat? Si aūt quod nō videmus speramus: p patientiā expectamus. Q̄diu itaq; hic fm carnē sumus: cuius adoptionē ⁊ redemptionē p patientiā spei adhuc expectam⁹: tamdiu fm id p quod sub sole sumus: vanitati subiecti sumus. Q̄diu igitur ita sumus: vnde possum⁹ nō videre vanitatem: cui etiam subiecti sum⁹ in spe? Quid est ergo q̄ iste dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatem? In hoc petit: vt non quidē in hac vita q̄d in spe gerimus impleat: sed vt in ea forte sit quę in illo quan- Ro.8. doq; possit impleri cum liberabitur a seruitute corruptionis ⁊ spiritu ⁊ anima ⁊ corpore in libertatem glorię filiorū dei: vbi iam nō videat vanitatē? Possunt quidem verba ista sic intelligi: nō ꝓter regulā fidei: Sz est hic alius sensus: quē mihi fateor plus placere. Dīs in euangelio dicit: Si fuerit oculus tuus simplex: totū corp⁹ tuū lucidū erit: Si aūt oculus tuus fuerit nequā: totū corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebrę sunt: ipsę tenebrę quantę erūt? Proinde magni interest cū ali quid boni facimus: cuius rei contēplatiōe faciam⁹. Officium quippe nostrū: non initio sed fine pensandum est: vt scz non tantū si bonū est quod facimus: sed p̄cipue si bonū est ꝓpter quod facimus: cogitemus. Hos oculos quibus contēplamur quare faciamus q̄d facimus auerti poscit ne videant vanitatem: id est ne hanc attēdat ꝓpter quā faciat cum boni aliquid facit. In qua vanitate p̄cipuū locum obtinet amor laudis humanę: ꝓpter quā multa magna fecerunt qui magni in hoc sęculo nomīati sunt: multiq; laudati in ciuitatibus gentium: quęrentes non Psa.5. apud deū sed apud homines gloriā: et propter hāc velut prudētes fortiter: temperanter: iusteq; viuentes: ad quā puenientes pceperūt mercedē suā: vanam. Ab hac vanitate volens dīs auertere oculos suos: Attendite inquit ne iusticiā vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin Matth.6. mercedem nō habebitis apud patrē vestrū qui in cęlis est. Deinde cum ipius iusticię quasdā partes exequeretur: p̄cipiens de elemosynis: de orationibus: Idem. de ieiunijs: vbiq; id admonuit ne aliquid eorū propter gloriā hominū fiat: et vbiq; dicit eos qui ꝓpter ea faciūt percepisse mercedē suam: id est nō ęternā quę sanctis reposita est apud patrē; sed tempalem quā quęrūt qui contēplantur in suis operib⁹ vanitatē: Nō quia ipa laus humana culpāda sit (Nam quid tam optandū est hominib⁹ q̄z vt eis placeant quę debeāt imitari) sed ꝓpter ipam laudē bene operari: hoc est vanitatem in suis operib⁹ intueri: quādoquidē et ipa ab hominib⁹ laus homini iusto quātacūq; puenerit: nō ibi esse debet eius finis boni: ⁊ etiam ipa referenda est ad laudē dei: propter quem bona faciunt vere boni: quoniā nec a seipis sed ab illo fiunt boni. Deniq; in eodem sermōe dīs iam dixerat eis: Luceat lumē vestrum coram hominibus: Matth.5. vt videant vestra opera bona: ⁊ glorificent patrem vestrū qui in cęlis est: Vbi finē posuit: hoc ē in gloriā dei. Hoc debemus quādo aliquid boni facim⁹ intueri: si auertūtur a vanitate oculi nostri. Non ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominū: sed ipas laudes hominū corrigamus: ⁊ ad dei laudes oīnia referamus: a quo nobis datur quicquid ī nobis sine laudātis erroze laudat. Porro si vanum est ꝓpter hominū laudes bona facere: quāto vanius ꝓpter adipiscendā pecuniā vel augendā siue retinendam: et si quid huiusmodi est cōmodi tempalis q̄d nobis accedit extrinsecus: quia oīnia vanitas? Quę Eccs.1. abundātia hominis in oīni laboze suo quo ipe laborat sub sole? Propter ipam deniq; tempalem salutem nō debemus facere bona opa nostra: sed potiꝰ ꝓpter illā quā speramus ęternā: vbi bono immutabili pfruamur: q̄d nobis erit ex deo: immo q̄d nobis est ipe deus. Si eīm sancti dei propter hanc tempalem salutē bona opera facerēt: nunq; martyres christi bonū opus cōfessionis in eiusdē salutis amissiōe pficerent: sed acceperūt auxiliū de tribulatione: non intuentes vanitatē: Quia vana salus hominis: ⁊ diē Pſ.59. hominū nō concupierūt: quia homo vanitati simi- Hiere.17. latus: dies eius velut vmbra ꝓtereunt. Cum autē Pſ.143. deus rogatur vt ea quę videt esse in nostra potestate: id est oculorū auersio a videnda vanitate: ab illo nobis cōcedatur: quid nisi eius gratia cōmēdatur? Nōnulli eīm ab ea vanitate nō auerterūt oculos suos: quia putauerūt a seipis se fieri iustos et bonos: et dilexerunt gloriā hominū magis q̄z dei: quia ⁊ ip Job.32. si homīes sunt qui sibi nimiū placuerūt: et de sui arbitrij viribus p̄sumpserūt. Sed etiam hęc vanitas Eccs.6. et p̄sumptio spiritus est. Cum vero dixisset: Auerte oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me: quę via nō vanitas sed veritas ē: deinde subiunxit: ¶ Statue seruo tuo eloquiū tuū in timoze tuo. Q̄d q̄d ē aliud: q̄z da mihi vt faciam quod eloqueris? Necq eīm statutū est eloquium dei his qui in se mouent illud cōtra faciēdo: eis aūt statutū est in quibus immobile est. Statuit itaq; deus eloquiū suum in timoze suo eis quibus dat spiritū timoris sui: Timoris autē nō illi⁹ de quo dicit Apostolus: Non eīm accepistis spiritū seruitutis iterum Ro.8. in timoze: Nunc eīm cōsummata charitas foras mit- 1.Joh.4. tit timorē: sed illius timoris quē dicit ꝓpheta spiri- Esa.33. tum timoris dei: timoris vtiq; casti pmanentis in sę- Pſ.18. culū sęculi: timoris quo timet offendi qui amatur. Aliter quippe timet adultera virū suū: aliter casta: Cōcor.3.sentē. Adultera ne veniat: casta ne deserat. ¶ Amputa dis.34.nō potes opprobriū meū q̄d suspicatus sum: quia iudicia tua †suauia. Quis est qui suum opprobrium suspicatur: et non magis nouit suum quisq; Al. iocunda.

oppzobriū cz̄ cuiuslibet alienum: Suspicari enim
potius alienū potest homo: nō suum: quoniā quod
suspicat: ignozat: In suo autē oppzobrio nō ē cuius
cz̄ suspitio: sed sciētia: vbi loquitur ꝓscientia. Quid
est ergo q̄ ait: Oppzobriū meū quod suspicat⁹ sum:
ℏ Nimirz de supioze sensu etiam iste ducendus est: q̄
niam cz̄diu nō auertit homo oculos suos ne videat
vanitatē: quod in seipso agitur: ꝟ de alijs suspicat:
vt ꝓpter quod ipe colit deum: vel ꝓpter quod bona
opera facit: ꝓpter hoc credat et alterū facere. Pos-
sunt quippe homines videre qō agimus: cuius au-
tem rei contēplatione agim⁹ occultū est: Et ideo da
tur suspitionib⁹ locus: vt audeat homo iudicare de
occultis hominū: ꝛ falsa plerūcz: etsi vera: tamen ei
incognita temere suspicari. Propterea dñs cum de
ipo fine loqueret ꝓpter quem iusticiam facere debe-
mus: vt oculos nostros a contēplatione auerteret
vanitatis: monuit: ne propter laudes hominū bo-
Matth.6. na opa faciamus dicēs: Attendite ne faciatis iustici
am vestrā coram hominibus: vt videamini ab eis.
Ibidem. Monuit: ne ꝓpter pecuniam dicens: Nolite vobis
thesaurizare in tra. Et: Nō potest⁹ deo seruire ꝛ mā
mone. Monuit ne ꝓpter ipm necessariū victū atcz
Ubi.s. vestitū dicens: Ne solliciti sitis animę vestrę q̄d mā
ducetis: necz cozpi vestro quid induamini. Et cum
hec oīa monuisset quia possum⁹ suspicari eos q̄s
iuste viuere videm⁹: et quo fine faciant nō videm⁹:
ꝓpter aliquid huiusmodi benefacere: continuo sub-
Matth.7. iecit: Nolite iudicare: vt nō iudicemini. Unde ꝛ hic
cum dixisset: Amputa oppzobriū meū quod suspica
tus sum: addidit: Quia iudicia tua suauia: id est iu-
dicia tua vera. Veritatis em amatoz suaue clamat
esse quod verū est. Hominū aūt iudicia de occultis
hominū nō suauia: quia temeraria: Et ideo sub-
dixit oppzobriū quod de alijs suspicatū est: q̄ et ℏ q̄
2.Cor.10 Apostolus ait: Cōparantes semetipos sibimetip-
sis: nō intelligūt. Hoc em ꝓcliuius homo suspicat
in alio: quod sentit in seipo. Hoc itacz oppzobriū su-
um petebat auferri quod in se senserat: et in alijs fue
rat suspicatus: vt nō esset diabolo similis qui de oc-
Job.1. cultis sancti Iob suspicatus est q̄ nō gratis deū cole
ret: quē popposcit temptandū: vt crimē quod obiece
rat inueniret. Sed cum libēter alterius oppzobriū
nō nisi emulatio suspicetur: dū bonū opus repben-
di nō potest: quia se exerit quod apertū est: ꝛ quo ſ
ne fiat repzehēditur: quia nō se exerit quod occultū
ℑ est: atcz ita male suspicari nō debet quilibet non vi-
dēdo qō latet: et nō inuidēdo qō eminet: Profecto
contra hoc malū quo quiscz libenter de homīe ma-
lum quod nō pspicit suspicatur: charitas habenda ē
1.Cor.13. que nō emulat: quā dns ꝓcipue cōmendat: dicens:
Jo.13. Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis:
et in hoc scient oēs quia discipuli mei estis: si dile
ctionē habueritis in inuicē. Et de dilectione dei et
Matth.22. ꝓximi loquēs: In his inquit duobus mādatis tota
lex pendet et ꝓphetę. Unde et iste ꝓtra suę suspitio-
nis oppzobriū quod desiderat amputari: ¶ Ecce
inquit: cōcupiui mandata tua: in tua† iusti-
Al' † eq̄tate tua cia viuifica me. Ecce cōcupiui ex toto coꝛde: et
Ubi.s. ex tota anima: et ex tota mente diligere te: et pzoxi-
mū sicut me: Nō in mea: sed in tua iusticia viuifica
me: hoc est ista charitate quā concupiui imple me:
Adiuua me vt facīa quod cōmendas: dona ipse qō
mandas. In tua iusticia viuifica me: quia in me vn
de mozerer habui: vnde aūt viuam nō inuenio nisi
in te. Justicia tua christus est: qui factus est nobis 1.Cor.1.
sapientia a deo: et iusticia et sanctificatio et reden-
ptio: Ut quemadmodū scriptū est: Qui gloziatur: i Ibidem.
dño gloziet. Et in illo inuenio mandata tua que cō-
cupiui: vt in tua iusticia: hoc est in illo viuifices me.
Jpe est em verbū deus: et verbū caro factū est: vt Joh.1.
esset et ꝓximus meus.

¶ Explicit Sermo duodecimus. ℬ

¶ Incipit Sermo tertiusdecimus.

Sermoni pristino que de psalmo qui ē om-
nium plixissimus nuper habuim⁹: deverbis Tau
eius que sequunt iste iungendus est. Hec
verba sunt: ¶ Et veniat sup me misꝯia tua
dne: Que sentētia supioꝛi videt annexa. Non em
ait: veniat sup me: sed ait: et veniat. Est aūt ille supe
rioꝛ: Ecce cūcupiui mandata tua: in tua iusticia vi-
uifica me: Deinde sequitur: Et veniat sup me mise-
ricoꝛdia tua dne. Quid hic ergo poscit: nisi vt man-
data q̄ cōcupiuit p eius misꝯiam faciat qui ea man
dauit: Exponit em quodāmodo quid dixerit: i tua
iusticia viuifica me: cum subiungit: Et veniat super
me misꝯia tua dne: ¶ Salutare tuū fm eloq̄-
um tuū: Hoc est fm promissionē tuā. Unde nos Ro.9.
vult Apostol⁹ filios ꝓmissionis intelligi: ne arbitre
mur nostrū esse q̄ sumus: sed totum dei gratię re-
tribuamus. Factus est em nobis christus sapiētia 1.Cor.1.
a deo: et iusticia: et sanctificatio: et redēptio: vt quē-
admodū scriptū est: Qui gloziat: in dño gloziet.
Quid ergo est q̄ ait: in tua iusticia viuifica me: In
christo vtiqz viuificari cupit: et ipa est misꝯia qua
super se poscit venire. Jpe christ⁹ est ꝛ salutare dei:
Quo verbo exposuit qua misꝯiam diceret: vbi ait:
Et veniat sup me misꝯia tua dne: Si ergo grimus
que sit ista misꝯia tua: audiamus qō sequit: Salu-
tare tuū fm eloquiū tuū. Ab eo quippe hoc ꝓmissū Ro.4.
est: qui vocat ea que nō sunt tanqz sint. Nondū em
erant quib⁹ ꝓmitteret: ne quisqz de meritis gloria-
retur: et q̄bus ꝓmissum est: etiā ipi ꝓmissi sunt: vt
totū coꝛpus christi dicat: Gratia dei sum id qō sum. 1.Cor.15.
¶ Et respōdebo exprobrātibus mihi ver- ℬ
bum. Utrū verbū: exprobrātib⁹: an verbū: respō-
debo: ambiguū est. Sed quodlibet eoꝛū christū so-
nat. Jpi em nobis exprobrant a quibus est crucifix 1.Cor.1.
us: vel scandalū vel stultitiā: ignozantes quia xp̄ūs Joh.1.
caro factū est: et habitauit in nobis: qō verbū in pn
cipio erat: et apud deū erat: et deus erat. Sed est
nō ipi verbū exprobrent qō eos latet: quia diuini-
tas eius ab eis nō cognoscit a quibus eius infirmi-
tas in cruce contēnitur: nos tamē verbū respondea-
mus: nec exprobratiōe terreamur aut ꝓfundamur.
Verbū em si cognouissent: nunqz dñm glozię cruci- 1.Cor.2.
fixissent. Ille aūt respondet verbū exprobrantibus
sup quē venit misꝯia dei: hoc est ipm salutare eius.
Venit vt ꝓtegat: nō vt conterat. Nam super quos-
dam conterendos venturus est: qui nunc in eum
dum spernunt eius humilitatē offendendo quassan Luc.20.
tur. Sic em dicit in euangelio: Qui ceciderit sup la-
pidem istū cōquassabit: sup quē vero ceciderit con-
teret eū. Qui ergo nobis exprobrāt: offendūt: ꝛ ca-
dam⁹: op
dunt in eū: Nos autē ne offendamus ꝛ cadam⁹: op
probria eoꝛum ne timeamus: sed respondeamus

Ro.10 eis verbuz: hoc ē verbū fidei qō p̄dicamus: quia si crediderīs inq̄t in corde tuo quia dñs est iesus: ⁊ cō fessus fueris in ore tuo: quia deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris: Corde eñ credit ad iusticiam: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Parū est ergo in corde habere christū: ⁊ nolle cōfiteri dū timet opprobriū: sed exprobrantib⁹ respōdendū est verbū. Ut autem hoc martyres possent: p̄missū est eis ⁊ dictū: Non eñ vos estis q̄ loquimini: ⁊ spiritus patris vestri q̄ loquit in vobis. Ideo ⁊ iste cū dixisset: Respōdebo exprobrantib⁹ mihi verbū: p̄tinuo sequit: †Quo-niā speraui in †verbis tuis: Qō est vtiq̄ in p̄missis tuis. Sz qñ q̄plurimi q̄uis ad ipm corpus cuius hec verba sūt pertinētes: graui pōdere psecutiōis surgente nō valuerūt sustinere exprobrationē: ⁊ christū deficiendo negauerūt: Ideo sequit: Et ne auferas de ore meo verbū veritatis †vsq̄ valde. Ex ore suo q̄ipe dicit: quia vnitas corporis loquit: in cui⁹ mēbris etiā illi reputant: q̄ re-fecerūt ad horaz negando: sed pēnitendo postea re-uixerūt: vel etiā martyrij palmā quā p̄diderāt repa-ratā p̄fessiōe sumpserūt. Nō igit vsq̄ valde: vel sic quidā codices habēt: nō vsq̄quaq̄: hoc est nō oī-no ex ore petri: in quo erat typus ecclesie verbū ve-ritatis ablatū est: q̄ tñ ad horā negauit timore tur-batus: tamē flendo est repatus: ⁊ p̄fitendo ē postea cōronatus. Totū itaq̄ corpus christi loquit: id ē ec-clesie sancte vniuersitas: In quo toto corpe: siue q̄ negantib⁹ plurimis remāserūt fortes q̄ vsq̄ ad mor-tē p̄ veritate certarent: siue q̄ ⁊ ex his q̄ negauerūt multi repati sūt: nō est ablatū ex eius ore verbū ve-ritatis vsq̄ valde. Qō aūt ait: ne auferas: intelligen-dū ē ne auferri sinas: Propt̄ qō orādo dicim⁹: Ne nos inferas in tēptationē. Et ait ipe dñs ad petrū: Rogaui inq̄t p̄ te ne deficiat fides tua: ḃ ē ne aufera-tur de ore tuo verbū veritatis vsq̄ valde. Sequit. Quia in iudicijs tuis speraui: Vel sicut de greco quidā diligēti⁹ exp̄sserūt: supsperaui. Qō verbū ⁊ñ minus vsitate cōpositū est: tamē implet veritatis interp̄tandę necessitatē. Attētius ergo no-bis loci hui⁹ rimādus est sensus: vt intelligamus q̄n tū deus adiuuat quid sibi velit in verbis tuis spera-ui: in iudicijs tuis supsperaui. Respōdebo inq̄t ex-probrātibus mihi verbū: quoniā speraui in verbis tuis: id est quoniā mihi hoc ipe p̄misisti. Et ne aufe-ras ex ore meo verbū veritatis vsq̄ valde: qñ in iu-dicijs tuis supsperaui: id est qñ iudicia tua q̄b⁹ me corripis ⁊ flagellas: nō solū mihi nō auferūt spem: verūetiā augēt: quoniā quē diligit dñs corripit: fla-gellat autez oēm filiū quē recipit. Ecce eñ sancti et humiles corde de te p̄sumendo in psecutionibus nō defecerūt: ecce etiā q̄ de se p̄sumendo defecerūt: ⁊ ta-mē ad ipm corpus p̄tinuerūt: sibi innotescendo fle-uerūt: ⁊ tuā gratiā solidius inuenerūt: qz suā supbiā p̄diderūt. Ergo ne auferas ex ore meo verbū verita-tis vsq̄ valde: qz in iudicijs tuis speraui. Et custo-diā legem tuā semp: ¶ Id est si nō abstuleris ex ore meo verbū veritatis: custodiā legē tuā semper: In seculū ⁊ in seculū seculi. Ostēdit q̄d dixe-rit semp. Aliquādo etem semp intelligit q̄diu ḥ vi-uitur: sz hoc nō est in seculū ⁊ in seculū seculi. Melī⁹ q̄pe ita interp̄tatū est: q̄z sicut quidā codices habēt in eternū ⁊ in seculū seculi: qz nō potuerūt dicere: et in eternū eterni. Lex itaq̄ ista intelligenda est: de q̄ dicit Aplus: Plenitudo legis charitas. Hec eñ a sanctis quoz ex ore nō auferet verbuz veritatis: hoc est ab ipa christi ecclesia custodiet: nō solū in hoc sę culo: id est donec finiat hoc seculū: sz etiā in alterum qō appellat seculū seculi. Neq̄ eñ p̄cepta legis sicut hic etiaz ibi accepturi sumus que custodiamus: sed ipam legis (vt dixi) plenitudinē sine vllo peccādi ti-more seruabimus: quia ⁊ deū plenius cū viderimus amabimus ⁊ primū: quia deus erit oīa in oībus: 1.Cor.15 nec falsę cuiq̄ de primo suspicationi erit locus: vbi nullus vlli erit occultus.

¶ Explicit sermo tertiusdecimus.

¶ Incipit sermo quartusdecimus de versu psalmi vbi ait: Et ingrediebar in latitudine: vsq̄ ad Exercebor in iustificatiōib⁹ tuis.

Quiozes versus plixi psalmi huius q̄onez habent: hi aūt qui sequūtur de q̄bus nūc di putandū ē narrationē. Petebat eñ homo dei supi⁹ adiutoriū gratię dei: cū dicebat: In tua iu-sticia viuifica me: et veniat sup me misericordia tua dñe: ⁊ alia simulia vel supza vel infra: nūc autē dicit. A

Si nondum resurreximus: nondū in nobis factum est quod p̄cessit in capite nostro. Quid p̄cessit ī capite nostro: Quia ⁊ caro ip̄ius capitis resurrexit: Spiritus illius capitis nūc̄ꝫ mortuus est. Sed qō ī eo mortuū est: resurrexit: Resurrexit aūt tertia die. Et quodāmodo hoc nobis dixit dn̄s: Qō in me vidistis: sperate in vobis: id est quia erit resurrectio: resurgeris ⁊ vos. Sed sūt qui dicant: Ecce resurrexit dn̄s: nūquid ꝓterea sperandū est ⁊ me posse resurgere: Utiq̄ ꝓterea. In hoc em̄ resurrexit dn̄s: qō a te accepit. Nō em̄ resurgeret: nisi mortuꝰ eēt. Nō aūt mortuus esset: nisi carnem portasset. Quid accepit a te dn̄s: Carnē. Quid venit ip̄e: Verbum deī qō erat ante om̄ia: p qō facta sūt om̄ia. Sz vt acciperet abs te aliquid: verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Accepit abs te qō offerret ꝓ te: quō accipit a te sacerdos qō ꝓ te offerat quādo vis placare tū ꝓ peccatis tuis. Jam factū est: ita factu ē: Sacerdos noster a nobis accepit qō ꝓ nobis offeret. Accepit em̄ a nob carnē: in ip̄a carne victima factus est: holocaustū factus est: sacrificiū factus est. In passiōe sacrificiū factus est: in resurrectiōe innouauit illud qō occisū est: ⁊ tanc̄ꝫ p̄mitias tuas vedit deo: ⁊ ait tibi: Consecrata sūt iam om̄ia tua: quādo tales p̄mitie tuę de te datę sūt deo. Spera ergo ⁊ in te futurū qō p̄cessit in p̄mitijs tuis. Ergo ille quia a vigilia matutina resurrexit: cēpit aīa nr̄a exhorare. Et q̄usq̄: Usq̄ in noctez: quousq̄ moriamur. Om̄is em̄ mors nostra carnalis: quasi somnus est. Cēpisti sperare exquo resurrexit dn̄s: noli vdficere sperare quousq̄ exeas ab hac vita. Nā si non usq̄ ad noctē sperauerīs: vdeſ totū qō speraueral. Sūt em̄ hoīes qui incipiūt sperare: sed nō pseuerant usq̄ ad noctē. Incipiūt pati tribulationes aliq̄s: incipiūt pati tēptationes: vident hoīes malos ⁊ iniq̄s felicitate tpali pollere: ⁊ quoniaz talia sperabant de dn̄o vt hic essent felices: attendūt eos qui scelera fecerūt habere qō ipi habere vdsiderabāt: ⁊ vdficiunt pedes eoꝝ: ⁊ desinūt sperare in dn̄o. Quare: Quia nō a vigilia matutina cēperūt sperare. Quid ē hoc: Nō hoc sperare cēperunt de dn̄o qō p̄cessit in dn̄o ab illa vigilia matutina: sed sperabāt de dn̄o: vt si essent christiani: haberēt plenā domū frumento: vino ⁊ oleo: auro ⁊ argento: nullus eoꝝ mozeret ī maturus. Si q̄s eoꝝ nō haberet filios: acciperet: Si vxorē n̄ duxisset: duceret: Nō aboztiret nō solū aliqua mulier in domo eius: sed nec pecus eiꝰ: Nō acescerēt cupę eius: nō grandinaret vinea eius. Qui sic sperabat in dn̄o: aīaduertit his rebus abūdare eos q̄ nō colūt dn̄m: ⁊ vdfecerūt pedes eius: ⁊ nō sperauit usq̄ ad noctē: quia nō cēpit a vigilia matutina sperare. Quis ergo sic icipit a vigilia matutina sperare: Qui hoc sperat de dn̄o quod cēpit ostendere a vigilia matutina ī q̄ resurrexit. Antea em̄ nemo resurrexerat semp victurus. Intēdat charitas vestra. Resuscitati sūt iam mortui ante aduentū dn̄i. Nā et helias resuscitauit mortuū ⁊ heliseus: sed resurrexerūt iterū morituri. Dn̄s ip̄e quos resuscitauit: morituri resurrexerunt: siue ille iuuenis filius viduę: siue illa puella duodecim annoꝝ filia archisynagogi: siue lazarus. Aliter resuscitati sūt om̄es morituri. Semel nati sunt: sed bis mortui sūt. Nemo resurrexerat nū ꝓ moriturus nisi dn̄s. Quando aūt resurrexit dominus nunc̄ꝫ moriturus: A vigilia matutina. Hoc spera ⁊ tu de domino resurrecturū te: nō quō lazarꝰ resurrexit: nō quomodo filius viduę ⁊ archisynagogi filia resurrexerūt: nō quō quos suscitauerūt antiqui prophetę: sed resurrecturū te spera quō dn̄s: vt post resurrectionē qua resurrexeris nō te iam timeas morituꝝ: Et cēpisti sperare a vigilia matutina. Spera aūt usq̄ ad noctē: quousq̄ finiat hec vita: quousq̄ sit nox vniuersi generis humani in occasu seculi. Quare hucusq̄: Quia post hāc noctē: iaz nō erit spes: sed ip̄a res. Spes em̄ quę videt nō ē spes: Apls dicit: Quod em̄ videt quis: quid sperat: Si aūt qō nō videmus speramꝰ: per patientiā expectamus. Si ergo patienter expectare debemus qō nō videmus: usq̄ ad noctē speremus: id est usq̄ ad finē huius vitę nostrę vel seculi. Cū aūt nox ista transierit: iam veniet qō sperabamus: ⁊ non iam sperabimus: nec tamē desperati erimus. Est em̄ vituperatio desperatoꝝ: ⁊ aliquādo detestamur hominē: et dicimus: nō habet spem. Nō semp malū est non habere spem: In hac vita cū sumus: malū ē nō habere spem. Qui em̄ modo spem nō habet: rem postea nō habebit. Ergo modo spem debemꝰ habere. Sz cū res venerit: nunqd spes erit: Qō em̄ videt quis quid sperat: Veniet dn̄s deus noster p̄mo formam ip̄am in qua crucifixus est ⁊ resurrexit demonstraturus generi humano: vt videant pij ⁊ impij. Illi videant ⁊ gratulent inuenisse se qō crediderūt anteq̄ꝫ viderent: ⁊ illi erubescāt nō se credidisse quod videbunt. Erubescētes damnabunt: ⁊ gratulati coronabunt. Dicet confusis: Jte in ignē eternū: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Dicet gaudentibus: Venite benedicti patris mei: pcipite regnū qō vob paratū est ab origine mundi. Qō cū acceperint: iaz spes nō erit: quia res tenebit. Transacta ergo spe: trāsibit nox illa: ⁊ donec fiat: a vigilia matutina speret anima nr̄a in dn̄o: Et redit ad illō: A vigilia matutina Speret israel in †dominū. A vigilia matutina usq̄ ad noctē: speret anima mea in dominū. Sed quid sperabit: A vigilia matutina speret israel in dn̄m. Nō solū speret israel in dn̄m: sed a vigilia matutina speret. Jsrael ergo culpo: spez seculi quādo sperat de deo: Non: Sed alia spes est israel prophetia. Nō p̄ sūmo suo bono speret israel diuitias: nō salutē corpis: nō abundantiā terrenoꝝ: imo tribulationē hic habiturus est: si forte cōtigerit illi ꝓpter veritatē pati aliquas molestias. Nō em̄ non sperabāt in deū martyres: Et tamē talia sunt passi qualia latrones: qualia iniqui: subiecti ad bestias: ignibꝰ concremati: gladio pcussi: vngulis exarati: catenis obstricti: carcere necati. Jsta oia mala passi: nō sperabant in dominū: Aut ideo sperabant: vt istis malis carentes: hac vita fruerent: Nō plane: quia a vigilia matutina sperabāt. Quid est hoc: Cōsiderabāt illam vigiliā matutinā qua resurrexit dn̄s eoꝝ: ⁊ videbant quia anteq̄ꝫ resurgeret talia ⁊ ipse passꝰ erat qualia ⁊ ipi patiebant: ⁊ nō desperabant etiā se post tales passiōes resurrecturos ad vitā eternā. Speravit israel in dn̄m a vigilia matutina usq̄ ad noctem. †Quia apud dn̄m misericordia †est: ⁊ †multa apud †illū redēptio. Magnifice: Deiꝰ dici nō posset loco suo: ꝓpter illud qō dixit: A vigilia matutina speret israel ī dn̄m. Quare: Quia a vigilia

Ro.8.

Ibidem.

Matth.25.

Ibidem.

Al'.†.domino. M

Al'.†Quia. †non habet. †copiosa. †eum.

matutina resurrexit dñs: z hoc debet sperare corp⁹: qđ in capite p̄cessit. Sz ne suggerat ista cogitatio: Capiti licuit resurgere: qz peccat nō p̄mebat: z nullū pctm̄ erat in illo: Quid nos facturi sum⁹? Sperabimus talem resurrectionē qualis in dño p̄cessit: cū peccatis nostris aggrauemur? Sed vide qđ sequtur. Quoniam apud dominū misericordia: z multa apud illum redemptio. Et ipe redimet israel: ex oibus iniquitatibus ei⁹. Ergo si p̄mebat peccatis suis: adest misericordia dei. Ideo p̄cessit ille sine peccato: vt deleat peccata sequentiū. Nolite in vobis p̄sumere: sed a vigilia matutina p̄sumite. Videte caput vestrū resurrexisse z ascendisse ī cḡlū. In illo culpa nō erat: sed per illū vestrę culpę delebunt. Ipe redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius: Quia israel vendere se potuit: z fieri vendūdatus sub peccato: redimere se ab iniqtatibus nō pōt. Ille potuit redimere: q̄ se ñ potuit vendere. Qui nō cōmisit peccatū: ipe est redēptor a peccato: ipe redimet israel. Unde redimet? Ab illa iniqtate: an ab illa? Ab oñibus iniqtatibus suis. Nō g̃ timeat accessurus ad deū aliquas iniqtates suas: tantūmodo accedat pleno corde: z desinat iam facere quę antea faciebat: z nō dicat: illa iniquitas nō mihi dimittitur. Si em̄ hoc dixerit: ꝓpter ipam quā putat sibi nō dimitti: nō se cōuertat: z faciēdo cętera nō illi dimittit z illud qđ nō timebat. Quia feci iquit scel⁹ magnū: z nō mihi pōt dimitti: iam faciā z cętera. Hoc enim perdo qđ nō facio. Noli timere: In ꝓfundo es: noli tenere de ꝓ fūdo clamare ad dominū z dicere: Si iniquitates obseruabis domine: dñe q̄s sustinebit? Observa illum: z expecta illū: z sustine ꝓpter legem ipius. Quā legem tibi dedit? Dimitte nobis debita nostra: sicut z nos dimittimus debitoribus nostris. Spera te resurrectu⁹: z tūc futuruz oñimodo sine peccato: quoniaz ille resurrexit qui primus fuit sine pctō. A vigilia matutina spera. Noli dicere: Ego ñ sum dignus ꝓpter peccata. Nō es dignus: sed multa apud illū redemptio: Et ipe redimet israel ex oñibus iniquitatibus eius.

Matth. 6

Explicit Tractatus de ps̄. CXXIX.

Incipit Tractatus de ps̄. CXXX.

Prefatio.

A In isto psalmo cōmendat nobis humilitas serui dei z fidelis: cuius voce cantat: qđ est vniuersū corp⁹ christi. Sepe em̄ admonuim⁹ charitatē vestrā: nō quasi vnius hominis cātantis vocē accipi debere: sed omniū qui sunt in christi corpe. Et qz in illi⁹ corpore sūt oñes: tanq̄z vn⁹ homo loquit: Et ipe est vn⁹ q̄ z multi sūt. Multi enim sūt in seipis: vnus sunt in illo: qa vnus ē. Ipm ē autē etiā templū dei: de quo Aplus dicit: Templum em̄ dei sanctū est: qđ estis vos. Oñes qui credūt in christū: z sic credūt vt diligāt. Hoc est em̄ credere ī christū: diligere christū: Non quō demones credebāt: ꝙ nō diligebāt christū: z ideo q̄uis crederēt: dicebāt: Quid nob z tibi fili dei? Nos āt si credam⁹: vt in ipm credamus diligentes eū: z nō dicamus: qđ nobis z tibi est: sed dicamus potius: ad te ptinem⁹: tu nos redemisti. Oñes ergo q̄ sic credūt: tanq̄z lapides sūt viui: de q̄bus templū dei ędificatū est: et tanq̄z ligna imputribilia q̄bus arca illa compacta ē: q̄ in diluuio mergi nō potuit. Hoc āt templū est; id est ipi hoies: vbi rogat deus z exaudit. Quisq̄s em̄ ꝓter templū dei orauerit deū: nō exaudit ad ilam pacē superna hierusalē: z si exaudit ad quędam tpalia quę de⁹ z paganis donauit. Maz z ipi demones exauditi sūt: vt irent in porcos. Exaudiri ad vines exauditi sūt: vt irent in porcos. Exaudiri ad tam ętern̄ aliud est: nec p̄cedit nisi ei qui in templo dei orat. Ille āt in templo dei orat: q̄ orat in pace ecclesię: in vnitate corporis christi: qđ corpus christi p̄stat ex multis credētibus in toto orbe terraru: z ideo exaudit: quia orat in templo. Ipe em̄ orat in templo vbi figura erat. Scđm figuraz em̄ dñs excluit hoies de tēplo illos q̄ sua quęrebāt: id est ꝓpter vendendū z emendū ibant in templū. Si autem figura erat illud templū: manifestū est quia z corp⁹ christi qđ est verū templū cuius illa imago erat: habet p̄mixtos ementes z vendētes: id est sua quęrētes: nō quę iesu christi. Sed excluduntur inde flagello resticulę. Restis em̄ peccata significat: sicut dicit per ꝓphetā: Vę eis qui trahūt peccata velut restem longā: q̄ gam. Illi āt trahūt peccata sicut restem longā: q̄ addunt peccata peccatis: q̄ cū fecerint vnū peccatū vt cooperiant illud: faciūt alterū. Quō em̄ vt restis fiat addit spartū sparto: nō āt in rectū it: ꝙ torque tur: sic oñia praua facta quę sūt peccata cū addunt sibi: z addēdo peccato peccatū: z peccatū ad peccatū ānectit: fit restis longa: Quoz semitę prauę: z flexosi gressus eoz. Quo valet āt ista restis: nisi vt inde ligent ei man⁹ z pedes: z proiciat quisq̄ in tenebras exteriores? Deministis em̄ dictū de quodā peccatore in euangelio: Ligate illi manus z pedes: z p̄icite illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus z stridor dentiū. Nō ergo esset vnde illi ligarent manus z pedes: nisi ipe sibi restem fecisset. Unde aptissime alio loco scriptū est: Criniculis peccatoz suoz vnusquisq̄ ꝓstringit. Ergo quia de peccatis suis homines vapulant: ideo dñs flagellū ō resticula fecit: z inde expulit de templo oñes qui sua quęrebant: nō quę iesu christi. Huius ergo templi vox est ī psalmo. In hoc tēplo vt dixi rogat deus: z exaudit ī spiritu z veritate: nō ī illo corpali. Nā illic vmbra erat: in qua demonstrarē qđ venturū erat. Ideo illud iā cecidit. Cecidit ergo domus oronis nostre? Absit. Nō em̄ illud templū qđ cecidit hoc potuit dici domus oronis de qua dictū est: Domus mea domus oronis vocabit oibus gētibus. Audistis em̄ qđ dixerit dñs iesus christus: Scriptū est: Domus mea domus oronis vocabit oibus gentib⁹: vos āt fecistis eam speluncā latronū. Nūqđ illi q̄ voluerunt facere domū dei speluncā latronū: fecerūt vt rueret templū? Sic z illi qui male viuūt ī ecclia catholica: q̄tū in ipis est domū dei volūt facere speluncam latronū: nec ideo euertūt templū. Veniet em̄ tēp⁹ q̄n de reste peccatoz suoz forcas mittant. Hoc āt templū dei: hoc corpus christi: hęc congregatio fidelium vnā vocē habet: z tanq̄z vnus hō cantat in psalmo. Eius vocē iā in multis psalmis audiuimus: audiamus z in isto. Si volumus nostra vox ē: si volum⁹ aure audimus cantantē: z nos corde cantamus. Si aūt nolumus: erimus in illo templo tanq̄z ementes z vendētes: id est nostra quęrētes: Intramus ecclesiam: non ad ea quę placent oculis dei. Videat g̃ in numero vestro quis quō audiat: vtrū audiat z irri-

Matth. 6

1. Cor. 3

Jac. 2

Marci. 1

Luc. 4

1. Pet. 2.

Heb. 6

Psal. 50

Esaie. 5

Psal. 50

Matth. 21.

Psal. 5

Job. 4

Psal. 2

Job. 2.

Phil. 2

Job. 4

Matth. 21

Job. 2.

deat: vtrū audiat et post se ponat: vtrū audiat ꝛ cō/
sonet: id est sentiat hic vocē suam: et adiungat vocē
cordis sui voci psalmi huius. Tamē vox psalmi hu
ius nō tacet: Instruank qui possunt: immo qui vo
lunt: Qui nolunt: nō impediāt. Cōmendetur nobis
humilitas: inde cepit.

¶ Expositio psalmi.

Domine nō est exaltatū cor meum. Sacrificiū obtulit. Unde ꝓbamus quia sa
crificiū obtulit: Quia humilitas cordis nostri sacri/
ficiū est. Dicit ī alio psalmo: Cū si voluisses sacrifi
ciū dedissem vtiq; satis volebat facere deo pro pec
catis suis: ꝓpiciare illū volebat: vt acciperet indul
gentiā peccatorū: Et quasi ḡrens vnde illū ꝓpitia/
ret: Si voluisses inḋt sacrificiū dedissem: vtiq; ho
locaustis nō delectaberis. Ergo supflue ḡrebat aut
arietes: aut tauros: aut aliquā talem victimā vnde
placarek deꝰ. Quid ergo: Quia holocaustis nō de/
lectak deꝰ: nō accipit sacrificiū: et sine sacrificio pla
catur: Si nullum sacrificiū est: nullus sacerdos. Si
aūt habemꝰ sacerdotē in celis qui ꝓ nobis interpel
lat patrē: Intrauit em̄ in sanctasanctorū in interio/
ra veli: quo nō intrauit sacerdos ī figura nisi semel
in anno: sicut et dñs in toto tempe semel oblatꝰ est:
Ipe obtulit se: ipe sacerdos: ipe victima: et intrauit
in sanctasanctorū semel: et iam nō morietk: nec mors
ei vltra dominabitk. Securi sumꝰ qꝛ habemꝰ sacer/
dotem: ibi offeramꝰ et hostiā. Uideamꝰ qō sacrifici
um debemus offerre: quia holocaustis nō delectak
deus noster: sicut audistis in psalmo. Sed ibi sequi/
tur et ostendit quid offerat. Sacrificiū deo spiritus
cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deus nō sper
nit. Si ergo humiliatū cor sacrificiū deo est: sacrifi/
ciū obtulit qui dixit: Dñe non est exaltatū cor meū.
Uide alio loco sic offerentē. Dicit deo: Uide humi/
litatē meam et laborē meū: et dimitte oīa peccata
mea. Dñe nō est exaltatū cor meū. ¶ Necꝫ in al
tum elati sunt oculi mei: ¶ Necꝫ ingressus
sum in magnis: necꝫ in mirabilibus super
me. Hoc planius dicak et audiak. Nō fui superbꝰ:
nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus:
et nec quęsiui aliquid supra vires meas: vnde me a
pudi impitos iactarē. Intēdat charitas vestra: Da
gna res cōmendak: quō simon ille magus in mira/
bilibus ingredi volebat super se: propterea plus il/
lum delectauit potētia apostolorū: cꝫ iusticia chri/
stianorū. Ut vbi vidit ꝙ manus impositionē aposto
lorum ꝛ per orationes eorū deū dare fidelibus spiri/
tūsanctum: et quia tūc per miraculū demonstraba/
tur aduentus spiritussancti: vt linguis loquerentur
quas nō didicerāt omnes sup quos veniebat spūssā/
cus: Necideo modo nō dak spūssanctus: quia lin/
guis non loquūtur qui credūt. Ideo em̄ tūc opor/
tebat vt linguis loquerenk: vt significarent omnes
linguas christo credituras: Ubi impletū ē quod si/
gnificabak: miraculū ablatū est: Cū ergo hoc vide/
ret simon magus: voluit talia facere: non talis esse:
Et nostis quia etiā pecunia putauit comparandum
spiritūsanctū. Erat ergo de talibus qui ī templo in/
trant ad emēdū et vendendū: Emere volebat quod
vendere disponebat. Et vere fratres mei quia talis
erat ille: ꝛ sic intrauerat ad eos: dñs illos expulit de
templo qui columbas vendebāt. Columba aūt spi/
ritūsanctū significat. Uolebat ergo simon emere co
lumbā et vendere columbā. Accessit dñs iesus chri/
stus qui habitabat in templo petri: et flagello resti/ Joh.2.
culę expulit forras malū mercatorem. Ergo sunt ho
mines quos delectat miraculū facere: et ab eis q̄ ꝓ/
fecerunt in ecclesia miraculū exigunt: et ipi qui qua/
si ꝓfecisse sibi videnk talia volūt facere: et putant se
ad deū nō ptinere si nō fecerint. Dñs aūt deus no/ G
ster qui nouit quid cui tribuat: et vt seruetur cōpa/
go corpis ī pace: alloquik ecclesiā per Apostolum:
Nō potest dicere oculꝰ manui: opus te nō habeo: 1.Cor.12.
aut iterū caput pedibus: opus vobis non habeo.
Si totū corpꝰ oculꝰ: vbi auditꝰ: Si totū corpꝰ audi Ibidem.
tus: vbi odoratus: Ergo in membris nostris videt
fratres: quomō singula officiū suū habeāt mēbra.
Oculus videt et nō audit: auris audit et non videt:
manus opatur: nec audit nec videt: pes ābulat nec
audit nec videt: nec facit quod facit manus: Sed in
vno corpe si sit sanitas: et nō aduersū se litigēt mem
bra: et auris videt in oculo: et oculus audit in aure:
Nec obijci potest auri qꝛ ī videt: vt dicak ei: Nihil
es: minor es. Nunquid videre et discernere colores
potes: qō facit oculus: Respondet em̄ auris de pa/
ce corpis et dicit: Ibi sum vbi est oculus: in eo cor/
pore sū: In me nō video: in illo cū quo sum video.
Ita cum auris dicit: oculus mihi videt: oculus dic:
auris mihi audit. oculi et aures dicunt: manus noꝫ
opantur. manus dicūt: oculi et aures nobis videt et
audiunt. oculi et aures et manus dicūt: pedes nobis
ambulant: Omnia in vno corpore cū opantur si sit 1.Cor.12.
ibi sanitas et cōcordent membra: gaudent ꝛ congau
dent sibi: Et si aliquid molestię sit in aliquo mēbro:
nō se deserunt: sed cōpatiunk sibi. Nunquid quia in
corpe pes: quasi lōge videt ab oculis: Illi em̄ sūt lo
cati in sublimitate: illi aūt infra positi. Quādo forte
pes spinā calcauerit: deserūt oculi: et nō sicut vide/
mus totū corpus contrahik: et sedet homo: curuak
spina dorsi: vt querak spina quę hęsit in plāta: Om
nia membra quicquid possunt faciunt: vt de infimo
exiguo loco spina quę inhęserat educak. Si ergo
fratres quisquis in corpe christi nō potest resuscita/
re mortuū: nō illud querat: sed querat ne discordet ī
corpe: quomō si auris querat videre: discordare po
test. Nam qō non accępit: nō potest facere. Sed si H
ei obiectū fuerit et dictum: si iustus esses: resuscita/ Act.9.
res mortuos quō resuscitauit petrꝰ. Jn christo em̄
maiora videnk fecisse apostoli cꝫ ipe dñs: Sed vn/
de fieri potest: vt plus valeant sarmenta cꝫ radix:
Quomō aūt quasi maiora videnk fecisse illi cꝫ ille:
Ad vocem dñi surrexerūt mortui: ad vmbrā transe/ Joh.11.
untis petri surrexit mortuꝰ: Maius hoc videtur cꝫ Act.5.
illud. Sed christus facere sine petro poterat: petrꝰ
nisi in christo nō poterat: Quia sine me inquit nihil Joh.15.
potestis facere. Cum ergo hoc audierit homo qui
ꝓficit: quasi obiectā calumniā ab ignaris paganis:
ab hominibus nesciētibus quid loquank: in compa
ge corpis christi respōdeat et dicat: Quid dicis: nō
es iustus quia nō facis miraculum: Possis et auri 1.Cor.12.
dicere: Nō es ī corpe: quia nō vides. Faceres inḋt
et tu sicut et petrus fecit. Sz ipe petrus et mihi fec:
quia in eo corpe sum in quo petrus fecit. Jn illo qō
potest possum: a quo diuisus nō sum. Qō minꝰ pos
sum compatik mihi: ꝛ qꝫ plus potest: cō gaudeo illi,

Act.9. Ihe dñs desup clamauit ꝓ corpe suo: Saule saule quid me psequeris: et ipm nemo tangebat: sed pro corpore in terra laborante/ caput de cęlo clamabat. Si ergo fratres vnusquisq; qđ potest iuste ęgerit: ꝛ in eo q̄ alius plus potest nō inuiderit: sed cōgratulatus fuerit tanq̄ in vno corpe cum eo constitutus: pertinet ad eū vox ista psalmi: Dñe nō est exaltatū cor meū: neq; ī altū elati sūt oculi mei: neq; ingressus sū in magnis: neq; in mirabilibus sup me. Qđ eñ excessit vires meas ait: Non quęsiui: nō ibi me extendi: nolui ibi magnificari. Hā ista exaltatio de abundantia gratiarū q̄ sit timenda: ne quis de dono dei superbiat: sed magis seruet humilitatē: et faciat quod scriptū est: Quāto magn⁹ es: tanto humilia te in oībus: et coram deo inuenies gratiā: Q̄ ergo timēda sit superbia de dono dei: etiā atq; etiā cōmendandū ē charitati vestrę: maxie quia psalmus breuissim⁹ permittit nos loqui. Paulus aplūs q̄uis ex psecutore factus sit ꝓdicator: abundātiorē gratiā cōsecut⁹ est in oñi labore apostolico q̄ ceteri aplī: vt magis deus ostēderet suū esse qđ dat: nō hominis. Quō solēt medici potentiā suę artis in desperatis ostēdere: sic et dñs noster iesus christus medicus ꝛ saluator noster in desperato qui psecutor ecclesię fuit/ ostendit magnitudinē artis suę: vt nō solū eum christianū faceret sed ꝛ aplm: nec tantū aplm: sed sicut ipe dicit: plus oñib⁹ illis laboraret. Excellētissimę ergo gratię fuit. Et videtis fratres quia mō in ecclesia/ pauli aplī epistolę vigēt: magis q̄ coapostolorum eius. Alij eñ nō scripserūt: sed tantū locuti sunt in eccl'ia. Nam quę ꝓferunt ab errātib⁹ sub nomīe ipōrum: quia nō sunt ipōr: improbanť: nec acceptanť ab ecclesia: Alij aūt qui scripserūt: nec tātū: nec tāta gratia scripserūt. Cū ergo esset magnę gratię: ꝛ magna dona meruisset a deo: quid dicit quodā loco: Propter magnitudinē aūt reuelationū ne extollar. Intēdite: rem tremēdā vobis dico: Propter magnitudinem inquit reuelationū ne extollar: datus est mihi stimulus carnis meę: angelus sathanę qui me colaphizet. Quid est hoc fratres: Ne extolleretur tanq̄ iuuenis: colaphizabať tanq̄ puer. Et a quo: Ab angelo sathanę. Quid est hoc: Dolore quodā corpis traditur exagitať⁹ vehemēter. Dolores aūt corporū plerūq; immittunť ab angelis sathanę: sed ꝟ non possunt nisi ꝓmissi. Nam et Iob sanct⁹ sic ꝓbat⁹ est. Permissus est ad eum ꝓbandū sathanas: ꝛ pcussit eū vulnere: vt vermib⁹ putresceret. Immūdus eñ ꝓmittebať: et sanctus ꝓbabať. Nescit diabol⁹ quāta bona de illo fiant: etiā cū seuit. Seuiēs intrauit ī cor iudę: seuiens tradidit christū: seuiens crucifixit: et crucifixo christo redempt⁹ est orbis terrarū. Ecce seuitia diaboli diabolo obfuit: nobis aūt ꝓfuit. Seuiēdo eñ quos tenebat amisit: redempt⁹ sanguine dñi: quē cū seuiret effudit. Si sciret tantū dānū se passurū: nō funderet in terrā pciū quo redemptū est genus humanū. Sic ergo ille angelus sathanę quasi libēter ꝓmissus est colaphizare aplum: sed tñ aplus curabať. Et quia illud qđ medicus apposuerat molestū erat infirmo: rogauit medicū vt auferret: Quō cum medicus apponit viscerib⁹ aliqđ forte epithema molestū et ardens: inde tamē curādus est ille cui⁹ viscera tumebāt: cū ille īde ardere cępit ꝛ cruciari medicamēto: rogat medicū vt auferat medicatū: Medicus aūt ꝓsolať: monet eū patiētiā: qa nouit q̄ vtile sit qđ apposuit: Ita et aplus sequit ꝛ dicit: cū dixisset: Datus ē mihi stimul⁹ carnis meę: angelus sathanę qui me colaphizet: ꝓpterea rogaui: quare: Ne magnitudine reuelationū extollar: datus est mihi stimulus carnis meę: angelus sathanę qui me colaphizet: ꝓpter quod ter dñm rogaui: vt auferret eum a me. Hoc ē dicere: Rogaui medicū: vt auferret a me molestū epithema qđ mihi apposuerat. Sed audi vocem medici: Et dixit mihi: Sufficit ti/ bi gratia mea: Hā virt⁹ in infirmitate pficitur. Ego noui qđ apposuerim: ego noui vnde ęgrotes: ego noui vnde saneris. Si ergo charissimi paulus potuit apostolus extolli magnitudine reuelationū: nisi acciperet angelū sathanę qui se colaphizaret: quis ꝛ se possit esse securus: Tuti⁹ videť ambulare qui minus accepit: sed si nō puerse quęrat qđ recte ñ accepit. Quęrat sine quo nō pōt esse ī corpe christi: aut sine quo male est illic. Tutior est eñ in corpe digit⁹ sanus: q̄ lippiens oculus. Digitus exigua quędam res est: oculus magnifice multū potest: Et tamen melius est digitū esse et sanū esse: q̄ oculū esse et perturbari: lippire: et excęcari. Nō ergo quęrat quisq; in corpe christi: nisi sanitatē habeat fidē: ꝛ ex fide mundať cor ei⁹: ex mūdatione cordis videbit illā faciem: de qua dictū est: Beati mundo corde: qm̄ ipi deū videbūt. Et qui fecit miracula: et qui nō fecit miracula in corpe christi: nō vebet gaudere nisi de facie dei. Redierūt aplī: ꝛ dixerūt dño: cū missi essent a dño: Ecce dñe in nomīe tuo etiam dęmonia nobis subiecta sunt. Vidit dñs q̄ rempta/ ret eos supbia ex potētia miraculorū: et ille qui medicus venerat sanare tumores nostros: ꝛ ferre infirmitates nostras: cōtinuo ait: Nolite in hoc gaudere quia dęmonia vobis subiecta sunt: sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cęlo. Nō omnes christiani boni dęmones eiciūt: omniū tamē nomina scripta sunt in cęlo. Nō eos voluit gaudere ex eo q̄ ꝓpriū habebant: sed ex eo q̄ cum ceteris salutē tenebant. Inde voluit gaudere aplos: vnde gaudes et tu. Intendat charitas vestra. Nullus fidelis habet spem: si nomē eius nō est scriptū in cęlo. Omnium fideliū qui diligūt christū: qui ambulant viā eius humiliter quā ipe docuit humilis: nomina scripta sunt in cęlo. Cuiusuis cōtemptibilis in ecclesia qui credit in christū et diligit christū et amat pacē christi: nomē scriptū est in cęlo: cuiuslibet quē contēnis. Et quid simile ipe et aplī: qui tāta miracula fecerūt: Et tū aplī repmunť ex eo q̄ de bono ꝓpio gaudebant. et iubenť hinc gaudere vnde gaudet et ille cōtemptibilis. Nō immerito fratres mei cū ista būli ate dicit: Dñe nō ē exaltatū cor meū: neq; ī altū elati sunt oculi mei: neq; ingressus sum ī magnis: neq; in mirabilib⁹ sup me. ¶ Si nō humiliter sentiebam: sed exaltaui animā meā: ¶ †Quēad/ modum †qui †ablatus est †a lacte sup matrem suā: †sic retributio i† animā mea. Videť eñ velut maledicto se obstrinxisse. Quō alio loco in psalmo dicit: Dñe deus meus si feci istud: si ē iniquitas in manib⁹ meis: Si reddidi retribuentib⁹ mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis ꝛc: sic videť et hic dixisse: Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animā meā. Age quasi dictur⁹ ē:

Ecclī.3. I

De fide ꝟtra manich.c.5. et.38 K

1.Cor.15.

2.Cor.12.

Job.1.

Job.13.

2.Cor.12.

L

2.Cor.12.

Ibidem.

Ibidem.

M

Luc.10.

Matth.5.

Act.17.

N

Al. †Sicut. Al. †Absalon. Al. †non habebam. Al. †ita mater. Psa.7.

illud mihi cõtingat: quõ t ibi: Si reddidi retribuẽ
tibus mihi mala: cõtingat mihi illud. Quid: Deci/
dam merito ab inimicis meis inanis. Sic t hic. Si
nõ humiliter sentiebã: sed exaltaui animã meã: quẽ
admodũ qui ablactatus est a lacte sup matrẽ suam:
sic retributio in animã meã. Intendite. Nostr quia
dedi nõ escam: Modũ em̃ poteratis: sed nec adhuc
quidẽ potestis. Sunt infirmi qui nõ sunt idonei va/
lido cibo: volũt se tendere ad id qõ capere nõ possunt:
Et si aliqd vtcũqꝫ acceperint: aut visi sibi fuerit cape/
re qõ nõ ceperũt: extollunt inde et supbiunt: inde vi
denẽ sibi quasi sapientes. Hoc aũt contigit oĩb⁹
hereticis: qui cũ essent animales t carnales: defen/
dendo sentẽtias suas prauas quas falsas esse nõ po
tuerũt videre: excluſi sunt de catholica. Dicam cha
ritati vestrę qõ possum. Dñs noster iesus christus
nostis quia verbũ dei est: ſm illud Johãnis: In p̃n
cipio erat verbũ: et verbũ erat apud deũ: t de⁹ erat
ẋbũ: Hoc erat in p̃ncipio apud deũ: Omnia p ip/
sum facta sunt: t sine ipo factũ est nihil. Panis ergo
est: inde viuũt angeli. Ecce panis paratus est tibi: ſ
cresce de lacte: vt ad panẽ pueniας. Et quõ inquis
cresco de lacte: Qõ tibi factus est christus ad infir/
mitatem tuã: Hoc p̃mo crede et fortiter tene. Quõ
ergo mater cũ viderit filiũ minus idoneũ ad capien
dum cibũ: ipos cibos ei dat: sed traiectos p carnem
suam. Nam ipe est panis de quo infans pascit: quo
et mater eius pascit: sed ad mẽsam infans min⁹ ido/
neus est: ad mãmillam idoneus est. Panis g̃ de mẽ
sa traũcit p matris mãmillã: vt sic pueniat idem ali/
mentũ ad parũ infantẽ: Sic dñs noster iesus chri
stus cũ esset verbũ apud patrẽ: p quod facta sũt om
nia: qui cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitrat⁹ est
esse ęqualis deo: qualẽ caperẽt p̃ modo suo angeli:
t vnde in cęlo potestates t ẋtutes: spũs intellectu/
ales pascerent: homo aũt infirmus t carne inuolu
tus iaceret ĩ terra: nec posset ad eũ peruenire panis
cęlestis: vt panẽ angelorũ mãducaret homo: t man
na descẽderet ad vberiorẽ populũ israel: verbũ ca
ro factũ est: t habitauit in nobis. Quapropter ipis
infirmis paulus Apls hoc dicit: quos dicit anima/
les t carnales: Nunquid dixi me scire aliquid in vo
bis: nisi iesum christũ t hunc crucifixũ: Nam chri
stus erat: t nõ crucifixus. In p̃ncipio erat verbũ: et
verbũ erat apud deũ: et deus erat verbum. Et quia
ipm verbũ caro factũ est: et ipm verbũ crucifixũ ẽ:
sed nõ est mutatũ in hominẽ: homo in illo mutat⁹ ẽ:
Mutat⁹ est homo in illo vt melior fieret qꝫ erat: nõ
vt in ipam substantiã verbi cõuertereť. Per id ergo
qõ homo erat: mortu⁹ est deus: et p id qõ de⁹ erat:
excitat⁹ est homo: t resurrexit: t ascendit in cęlum.
Quicquid passus est homo: nõ potest dici non pas
sus est deus: quia deus erat hominẽ assumẽdo: sed
nõ est mutat⁹ in hominẽ: quõ nõ potes dicere nõ te
neris vel amicis vel in iudicio: hoc dicis iudici: Cõ
scidit me: Nõ dicis conscidit birrhũ meũ: sed consci
dit me. Si potuit et meruit vestis tua dici tu: quę nõ
est tu: sed vestis tua: quãto potius meruit audire ca
ro christi templũ verbi vnitũ cũ verbo: Et quicqd
in carne patereť: deus ipe patereť: cuius verbũ nec
mori potuerit: nec corrũpi: nec mutari: nec occidi: ſ
quicquid horũ passum est: in carne passum est. Et
noli mirari: quia ẋbũ nihil passum est: Nec anima
hominis potest pati aliquid occisa carne: dicente ip
so dño: Nolite timere eos qui corpus occidũt: ani/ Matth.10.
mam aũt nõ possunt occidere. Si anima nõ potest
occidi: verbũ dei poterat occidi: Et tamẽ quid dic:
Flagellauit me: colaphizauit me: pcussit me: dilani
auit me: Totũ h̃ nõ fit in anima: t tamẽ nõ dicit ni
si me: ꝓpter vnitatẽ consortij ipius. Dñs ergo no/
ster iesus christus panis: se fecit nobis lac: incarna/
tus t apparẽs mortalis: vt in eo finireť mors: et nõ
aberraremus a verbo: credentes in carnẽ qõ factũ ẽ
verbum. Hinc crescamus: ipo lacte nutriamur: An/
teqꝫ validi simus ad capiendũ verbũ: nõ recedam⁹
a fide lactis nostri. Illi aũt hereticiq volentes dispu/ Q.
tare de eo quod nõ poterãt capere: dixerũt quia fili
us minor est qꝫ pater: et dixerũt quia spũssanct⁹ mi
nor est qꝫ filius: et fecerũt gradus: t immiserũt in ec/
clesiam tres deos. Non cm̃ possunt negare deum
esse patrẽ: nec possunt negare filiũ deũ: nec possunt
negare spiritũsanctũ deũ. At si pater deus: t filius
deus: t spũssanctus deus: inęquales sunt: t nõ sunt
eiusdem substãtię: nõ est vnus deus sed tres dij. Dis
putantes ergo quod capere nõ poterãt: elati sunt in su
perbiam: t factũ est in eis qõ dicit ĩ isto psalmo: Si
nõ hũiliter sentiebã: sed exaltaui animã meã: Quẽ
admodum qui ablatus est a lacte sup matrẽ suam:
sic retributio in animã meã. Water em̃ ecclesia dei
est: vnde illi separati sunt: vbi lactari t nutriri debe/
bant: vt crescerent ad capiendũ verbũ deũ apud de/ Joh.j.
um: in forma dei ęqualẽ patri. Visa est hic quidẽ ab
bis qui ante nos ista tractauerũt et alia sententia: t
alius intellectus in his verbis: quẽ nõ tacebo cha/
ritati vestrę. Hoc em̃ dixerũt: Omnis supb⁹ displi/ R
cet deo: et debet se humana anima humiliare ne deo
displiceat: t toto corde intueri quod dictũ ẽ: Quan/ Eccl.3.
to magnus es humilia te in oĩbus: t coram deo in/
uenies gratiã. Sed rursus sunt quidã homines qui
cũ audierint quia humiles esse debent: dimittũt se:
nihil volũt discere: putãtes quia si aliquid didicerũt
supbi erunt: t remanẽt in solo lacte. Quos reprehẽ/
dit scriptura dicens: Et facti estis opus habẽtes la/ Heb.5.
cte: nõ solido cibo. Sic em̃ nos deus vult nutriri la/
cte: vt nõ ibi remaneam⁹: sed crescendo p lac: ad so/
lidum cibũ pueniamus. Ergo nõ debet homo extol
lere cor suũ in superbiã: sed debet eleuare in doctri/
nam verbi dei. Nam si leuanda anima nõ esset: nõ
diceret in alia voce psalmi: Ad te dñe leuaui animã Ps.122
meam. Et nisi seipsa anima sup se effundat: nõ pue/
niet ad visionẽ dei: t ad cognitionẽ substãtię illi⁹ in/
cõmutabilis. Nã modo cũ adhuc in carne est dicit
ei: Ubi est deus tuus: Sed intus est deus ei⁹: t spi/ Ps.41
ritualiter intus: t spũaliter excelsus est: nõ quasi in/
teruallis locor: quomõ p interualla loca altiora sũt.
Nam si talis altitudo quęrẽda est: vincũt nos aues
ad deũ. Ergo intus deus altus est: t spũaliter altus:
nec pueniet anima vt contingat eũ nisi transierit se.
Nam quicquid de deo sentis ſm corpus: multũ er/
ras: Multũ infãs es si sentis de deo etiã ſm animã
humanã q deus aut obliuiscat: aut ita sapiat vt de/
sipiat: aut faciat aliquid t pęniteat eũ. Omnia enim
ista posita sunt in scripturis: vt nobis lactentib⁹ cõ/
mendareť deus: nõ vt ꝓpter de illo sic audiam⁹ istas

et intelligamus quasi pgniteat deū: et modo aliqđ
discat quod nō nouerat: ⁊ intelligat qđ nō intellige-
bat: ⁊ reminiscat qđ oblit⁹ erat. Talia em̄ animę sūt
nō dei. Nisi ergo homo transierit ⁊ modū anię suę:
Exo.3. nō videbit quia deus est qđ est: qui dixit: Ego sum
qui sum. Itaq; ille cui dicebat: vbi est deus tu⁹: đd
Ps.41. dixit: Factę sunt mihi lachrymę meę panes die ac
nocte: dū dicit mihi quotidie: vbi est deus tuus. Ut
Ibidem. aūt inueniret deū suū: quid egit: Hęc meditat⁹ sum
inquit ⁊ effudi sup me animā meā. Ut inueniret de-
um: effudit sup se animā suā. Nō ergo sic tibi dicit:
humilis esto vt nō sapias: Humilis esto ꝓpter sup-
biam: altus esto ꝓpter sapientiā. Audi euidentē sen-
1.Cor.14. tentiā de hac re. Nolite pueri effici mētibus: ⁊ mali
S cia infantes estote: vt mētibus pfecti sitis. Certe ex-
plicatū est fratres mei vbi nos de⁹ voluit esse humi
les: vbi altos: Humiles ꝓpter cauendā superbiam:
altos ꝓpter capiendā sapientiā. Lactare vt nutria-
ris: sic nutrire vt crescas: sic cresce vt panē mandu-
ces. Cum em̄ cępis panē māducare: ablactaberis: id
est iam tibi non opus erit lacte: sed solido cibo. Et ꝟ
videt dixisse: Si nō humiliter sentiebā sed exaltaui
animā meā: id est si nō mente sed malicia paruulus
fui. Qđ significans dixit supioza verba: Dñe nō est
exaltatū coz meū: neq; in altum elati sunt oculi mei:
Neq; ingressus sum in magnis: neq; in mirabilib⁹
Ibidem. sup me. Ecce quia malicia paruulus fui: sed quia sen
su nō fui paruulus: si nō humiliter sentiebā: sed exal
taui animā meā: retribuat mihi qđ retribuitur par-
uulo qui ablactat a matre: vt iam panē sim idoneus
manducare. Et hęc ergo fratres sentētia non displi-
T cet: quia nō est cōtra fidem. Mouet me tamē qz nō
tantū dictū est quēadmodū qui ablactatus est a la-
cte: sic retributio in animā meā: sed additū ē: quēad-
modū qui ablatus est a lacte sup matrē suā: sic re-
tributio in animā meā. Hic mihi nescio quid tale oc
currit vt videā quia male dictū est. Ablactat em̄ nō
infans: sed iam grandiusculus. Qui aūt infirm⁹ est
prima infantia quę vera infantia est: sup matrē suā
est: Si forte fuerit a lacte ablat⁹: extinguit. Non fru
stra ergo additū est: sup matrem suā. Ablactari em̄
oīes possunt crescēdo: Qui crescit et sic ablactat:
bonū est illi: Qui aūt adhuc sup matrē suā est: pnici-
osum. Ergo cauendū fratres ⁊ timendū est: ne quis
ante tēpus ablactetur. Mā oīnis grandis puer sepa
rat a lacte: Sz ne quis tūc a lacte separet: qñ adhuc
sup matrem suā est: Cū aūt portatur manib⁹ matris
qui portat⁹ est vtero (Portat⁹ est em̄ vtero vt nasce
retur: portat manibus vt crescat) lacte opus habet:
adhuc sup matrē suā est: Nō ergo velit tūc exaltare
animā suā: cū forte minus idoneus est ad capiendū
cibū: sed impleat ꝓcepta humilitat⁹: Habeat vbi se
exerceat: credat in christū: vt possit intelligere chri-
stum. Videre verbū nō potest: cape nō potest ęqua-
litatē verbi cū patre: ęqualitatē spūssancti cū patre
et verbo: nondū pōt videre: credat hoc ⁊ sugat: Se-
curus est: quia cū creuerit: māducabit qđ non pote-
rat anteq; sugēdo crescere: ⁊ habet vbi se extendat.
Eccl.3. Altioza te ne quęsieris: ⁊ fortioza te ne scrutat⁹ fue-
ris: id est ad quę capiēda mīn⁹ idoneus es. Et quid
facio inquis: Sic remanebo: Sed quę ꝓcepit tibi
dñs illa cogita semp. Quę tibi ꝓcepit dñs: Fac mi
sericordiā: pacem ecclesię noli dimittere: in hominē
spem noli ponere: desiderādo miracula noli tēptare
deū. Si iam in te est fructus cognoscis quia cū bo-
nis toleras zizania vsq; ad messem: quia cum malis Matth.13.
ad tēpus potes esse: nō i ęternū. Palea hic tibi mix
ta est in hoc tempe in area: in horreo tecū non erit.
Hęc quę tibi ꝓcepit dñs: illa cogita semp. Ac lacte
nō sepaberis quoadusq; sup matrē tuā es: ne prius
fame moriaris: anteq; panē māducare sis idoneus.
Cresce: erūt valide vires tuę: ⁊ videbis qz nō pote- U
ras: et capies qđ nō capiebas. Quid ergo: Cum vi-
dero quę nō potera videre: ⁊ capero quę nō pote-
cape: iam securus ero: pfectus ero: Non: qđiu hic
viuis. Ipa est pfectio nostra humilitas. Audistis q̄
cōclusit modo apostolica lectio: si hęsit in memoria
vestra: quō ille qui accepit colaphum ne extolleret
in reuelationib⁹: quāta ei reuelabantur: ꝓpter ipam
magnitudinē reuelationū: quia poterat extolli: nisi
accipet angelū sathanę. Et tamē cui tanta reuelabā-
tur: quid ait: Fratres: ego meipm nō arbitror app Phil.3.
hendisse. Paulus dicit: fratres ego meipum nō ar-
bitror apprehēdisse: quia ad hoc accepit colaphizan
tem angelū sathanę ne extolleret in magnitudie re-
uelationū suarū. Quis audet dicere quia cōprehen
dit: Ecce paulus apprehēdit ⁊ dicit: nō me arbitror in-
apprehēdisse. Et quid ais o paule: Adhuc curro in Ibidem.
quit vt apprehendā. Adhuc paulus in via est: et tu
te putas in patria: Unū aūt inquit quę retro sūt ob
litus. Hoc fac et tu: et vitā ꝓteritā malā obliuiscere.
Si te delectauit aliqñ vanitas: nō te delectet. Quę
retro oblit⁹ inquit: in ea quę ante sunt extētus: Fm i-
tentionē sequor ad palmā supernę vocationis dei in
christo Iesu. Audio vocē dei desup: ⁊ curro vt appre
hēdā. Non em̄ dimisit me in via remanere: quia nō
cessat alloqui me. Ergo fratres nō cessat de⁹ alloqui
nos. Nam si cessat: quid est quod agim⁹: Quid est
qđ agunt lectiones diuinę et cantica diuina: Obliui-
scimini ergo quę retro sunt: et in ea quę in ante sunt
vos extendite. Sic fugite lac vt crescatis ad cibum. X
Cum ergo veneritis: in patria gaudebit⁹. Et adhuc
attendite Apostolū sequi ad palmā supnę vocatiōis. Phil.3.
Dicit em̄: Quotquot ergo pfecti: hoc sapiam⁹. Nō
loquor inquit impfectis: quib⁹ adhuc nō possum lo Heb.5.
qui sapientiā: qui adhuc lacte potantur: nō solido ci-
bo pascūtur: sed illis dico qui iam māducant solidū
cibū: Jam vident esse pfecti: quia intelligūt ęquali- 1.Cor.13.
tatem verbi cū patre. Adhuc nō sic vident quō vi-
dendū est facie ad faciē: adhuc ex parte in enigma
te. Currant ergo: quia cū via finita fuerit: tūc redi-
mus ad patriā. Currāt currant: extendāt se. Quot- Phil.3.
quot ergo pfecti: hoc sapiam⁹. Et si quid aliter sapi-
tis: hoc quoq; vobis deus reuelauit. Si forte erraf
in aliquo: quare nō redis ad lac matris: Quia si nō
extollimini: quia si nō exaltatis coz vestrū: qz si non
ingredimini in mirabilib⁹ sup vos: sed seruatis hū-
litatem: reuelabit vobis deus qđ aliter sapitis. Si
aūt hoc ipm qđ aliter sapitis defendere vultis: ⁊ p-
tinaciter astruere: ⁊ contra pacē ecclesię: fit vob ma
ledictū hoc qđ dixit: sup matrē cum estis: et fozis a
lacte separabimini: fozis a visceribus matris fame
moziemini. Si aūt pseueraueritis in pace catholi-
ca: si quid forte aliter sapitis ꝙ oportet sapere: de⁹ Jacobi.4.
vobis reuelabit humilib⁹. Quare: Quia deus sup- 1.Petri.5.
bis resistit: humilibus aūt dat gratiā. Ideo ad hoc

cōclusit ps psalmus. ¶ Speret israel in dño: ex hoc nūc et vsq; in sęculū. Qđ aūt scptū ē grę: ce: ἀπο του νυν καὶ εως του αἰωνος: hoc ē positū: ex hoc nūc ⁊ vsq; in sęculū. Sed nō semp sęculi nomen hoc sęculū significat: sed aliquādo eternitatē: quia eternū duobus modis itelligit: Vsq; in eternū: id est aut semp sine fine: aut quousq; puenia mus ad eternitatē. Hic ergo quō intelligendū est: Quousq; veniamus ad eternitatē: speremus in dñm deū: quia cum venerimus ad eternitatem: iam spes nō erit: sed ipa res erit.

¶ Explicit Tractatus de ps. CXXX.

Incipit Tractatus de ps. CXXXI.

Iustum quidē erat charissimi: vt fratrē potius audiremus collegā meū: ꝑsentē oībus nobis. Et modo nō negauit: sed distulit: Et ideo hoc indico charitati vestrę: vt mecū ꝓ missum teneatis. Nō fuit aūt absurdū charitati vestre: vt ꝓior obtemperarē iubenti. Extorsit em mihi vt esset modo auditor meus: eo sane pacto vt et ego sim ipius: quia in ipa charitate oēs ei⁹ auditores sumus: qui vnus in cęlo nobis magister ē. Ergo animū intendite ad psalmū: quē in ordine sic nobis tractādum habemus. Est etiā ipe prenotatus: Canticū graduū: Et aliquāto cęteris sub eodē titulo plixior. Nō ergo immoremur: nisi vbi necessitas coegerit: vt totū si dñs pmiserit explicare possimus: Quia ⁊ vos nō tāq; rudes oia debetis audire: aliquid et de ꝓteritis auditionib⁹ adiuuare nos debetis: ne oīa tanq; noua a nobis dici necesse sit. Et noui quidē esse debem⁹: quia vetustas nobis obrepere nō debet: sed etiā crescendū et ꝓficiendū est. De ipo quippe ꝓfectu ait Apl's: Et si exterior homo noster corrūpit: sed interior renouat de die in diem. Non sic ꝓficiamus vt ex nouis veteres efficiamur: sed ipa nouitas crescat.

¶ Expositio psalmi.

Memento dñe dauid: et oīs mansuetudinis eius. Sicut iurauit dño: votum vouit deo iacob. Dauid fm fidē rerū gestarū vnus homo erat: rex israel: filius iesse. Erat quidē et ipe māsuetus: sicut eū indicat atq; cōmendat scriptura diuina: ⁊ ita māsuetus vt nec ꝑsecutori suo saulī malū ꝓ malo reddiderit. Seruauit aūt ergo eū tantā humilitatē: vt illū regē fateretur: se aūt canē: Et nō ꝓterue nec supbe cū esset ī tō potentior respōdebat regi: sed eū placare potius affectabat humilitate q; cōcitare supbia. Etiā in ptāte datus est ei saul: ⁊ hoc a dño deo: vt ei faceret quicquid vellet. Sed quia nō ꝓceptū illi erat vt occideret: sed tantū in potestate datū illi erat: Licet autem homini vri potestate sua: ad lenitatē potius deflexit qđ ei deꝰ cōcessit: Qui si vellet occidere: careret inimico. Sed quō diceret: Dimitte mihi debita mea: sicut ⁊ ego dimitto debitorib⁹ meis: In spēluncam intrauit saul vbi erat dauid: nescięs q; illic esset dauid: Ad necessaria vētris ille ītrauit: surrexit dauid sensim et lente post ipm: ꝑscidit illi de veste pannicu lum quē illi ostēderet: vt nosset quia habebat illū in potestate: ⁊ nō necessitate sed volūtate pepcerat: et noluit occidere. Forte ipam mansuetudinē cōmendauit mō dicens: Memento dñe dauid: et oīs mansuetudinis eius. Hoc fm rerū gestarū fidē: quā scriptura diuina vt dixim⁹ cōtinet. Sed solem⁹ in psalmis nō ad litterā attendere sicut in oīm ꝓphetia: sed per litteram scrutari mysteria. Et meminit charitas vestra: quia cuiusdā hominis vocē in oīb⁹ psalmis solem⁹ audire: quia vnus habet caput ⁊ corpus. Caput aūt in cęlo est: sed corpus in terra. Sed quo ꝓcessit caput: ⁊ corpus secuturū est. Et iam non dico quis caput sit: qui corpus sint: quia sciētib⁹ loquor. Cōmendat ergo humilitas dauid: cōmendat mansuetudo dauid: et dicit deo: Memento dñe dauid: et oīs māsuetudinis eius. Ad quā rem memento dñe dauid: Sicut iurauit dño: votum vouit deo iacob. Ergo ad hoc memēto: vt impleat qđ promisit. Ipe dauid vouit tanq; in ptāte habēs: et rogat deum: vt impleat qđ vouit. Est deuotio vouētis: sed ē humilitas depcantis. Nemo ꝑsumat viribus suis: se reddere qđ vouerit. Qui te hortat vt voueas: ip⁹ se adiuuat vt reddas. Quid ergo vouit videamus: et hinc intelligim⁹ quēadmodū sit accipiend⁹ in figura dauid. Dauid aūt interpt̄at manuforte. Erat em magn⁹ belligerator: ꝑsumens quidē de dño deo suo: Cōfecit bella oīa: prostrauit oēs inimicos suos deo se adiuuāte: quēadmodū se habebat illi⁹ imperij dispēsatio: ꝑfigurans tamē fortē manu quēdā ad debellandos inimicos: diabolū ⁊ angelos eius. Nos aūt inimicos ecclesia debellat. Et quō debellat? Māsuetudine. Māsuetudine em ipe rex noster vicit diabolū. Sequebat ille: ille sufferebat. Victus est qui sequebat: vicit qui sufferebat. In ista mansuetudine corpus christi qđ est ecclesia vincit inimicos. Sit manu fortis: opando vincat. Cum aūt corpus christi est: et templū: ⁊ dom⁹: ⁊ ciuitas: ⁊ ille qui caput corpis est: ⁊ habitator domus est: ⁊ sanctificator templi est: ⁊ rex ciuitatis est: quō ecclesia oīa illa: sic christus oīa ista. Quid ergo volumus deo: nisi vt simus templū dei? Nihil gratius ei possum⁹ offerre: q; vt dicamus ei qđ dicit in Esaia: Posside nos. Equidē in istis possessionib⁹ terrenis patrifamilias ꝑstat: qñ ei dat possessio. Nō sic ē possessio quę est ecclesia. Ipi possessioni ꝑstat vt a tali possideat. Quid ergo dicit? Sicut iurauit dño votū vouit deo iacob. Videam⁹ qđ votū est: nisi vt sim⁹ templum dei? Nihil gratius ei possum⁹ offerre: q; iure iurare. Jurare ē aūt firme ꝓmittere. Attēdite votū ḥ: id ē qđ vouerat quo ardore vouerit: quo amore: quo desiderio: et tamē ad hoc implendū: dñm depcatus est dicēs: Memento dñe dauid ⁊ oīs mansuetudinis eius. In hac mansuetudine votū vouit: vt sit domus dei. ¶ Si introiero in tabernaculū domus meę: si ascendero † sup lectum stratī mei: ¶ Si dedero somnū oculis meis. Parū visus est dicere: somnū oculis meis. Et palpebris meis dormitationē: ¶ Et requiem tēporibus meis † si dedero: † quoadusq; inueniā locū dño tabernaculū deo iacob. Ubi quęrebat locū dño? Si mansuet⁹ erat: in se ꝙrebat. Quō est em locus dñi? Audi ꝓphām: Super quē requiescet spūs meus? Sup humilē ⁊ quietum et trementem verba mea. Vis ergo esse locus dñi? Esto humilis ⁊ quietus: et tremēs verba dei: et tu ipse efficieris qđ queris. Si em in te nō fiat qđ quęris in altero quid tibi ꝓdest? Opat quidē deus aliquādo ꝑ euangelistā salutē alteri⁹: tantū si ipe dicit

Ar. †in.

Ar. † non habet Ar † donec.

Esa. 66.

et nō facit: et fit plinguā eius in alio locus dño: non aūt fit ipe locꝰ dño. Qui aūt ḡ docet ipe bene facit: et sic docet: fit locus dño cum eo quē docet: Quia oēs credentes vnū locū faciūt dño. Jn corde eē habet locū dñs: quia vnū cor est omniū in charitate copulatorum. Oē multa milia crediderūt fratres
Act.2.et.4. mei: quādo pcia rerū suarum posuerūt ante pedes apostolorū. Sed quid de illis dicit scriptura: Certe facti sunt templū dei: nō tantū templū dei singuli: sed et oēs simul templū dei. Facti sunt ergo locꝰ dño. Et vt noueritis quia vnus locus factus ē dño
Act.4. in oībus: scriptura dicit: Erat illis anima vna ⁊ cor
ℱ vnū: in deū. Multi aūt ne faciāt locū dño: sua ḡrūt: sua diligūt: potestate sua gaudent: pziuatū suū concupiscunt. Qui aūt vult facere locū dño: nō de ꝑpato sed de cōmuni debet gaudere. Hoc illi fecerī de
Abi.3. rebus suis ꝑpatis: fecerūt illas cōmunes: Qō habebāt suū: nunquid amiserūt: Si soli haberēt ⁊ vnusquisq; suū haberet: hoc solū haberet qō suū habebat. Cum aūt qō ꝑpriū erat cōmune fecit: et ea quę erant cęterox: ipius facta sūt. Jntēdat charitas vestra: quia ꝑpter illa quę singuli possidem⁹: existunt lites: inimicitię: discordię: bella inter hoies: tumultus: dissensiones aduersum se: scandala: peccata: inīqtates: homicidia. Propter ḡ: Propter ipa ḡ singuli possidem⁹. Nunquid ꝑpter ista quę cōmuniter possidem⁹ litigam⁹: Jerē istū cōmuniter ducimus: solem cōmuniter oēs videmus. Beati ergo qui sic faciunt locū dño: vt pziuato suo nō gaudeant. Talē eī describebat iste qui dicebat: Si introiero in tabernaculū dom⁹ meę: Pziuatū ℏ erat. Sciebat ꝑpriuato se ipediri: ne faceret locū dño: et ea cōmemorat quę ad seipsum ptinebant: Nō introibo in tabernaculū dom⁹ meę: donec inueniā. Quid: Cū inueneris locū dño: intrabis in tabernaculū tuū: Jn ipsum erit tabernaculū tuū: vbi inueneris locū dño: Quare: Quia ipe eris locus dñi: ⁊ cū eis qui fuerīt locus dñi vnū eris. Abstineam⁹ ergo nos fratres a possessione rei pziuatę: aut ab amore si nō possum⁹
ℊ a possessione: et facim⁹ locū dño. Multū ē a me ait aliquis. Sed vide quid sis facturus locū dño. Si vellet apud te hospitiū habere aliquis senatox (non dico senatox: ꝓcuratox alicui⁹ magni fm sęculum) ⁊ diceret: offendit me q̄ddā i domo tua: et si amares hoc: auferres tamē: ne eū offenderes cuius amicitiam ambires. Et quid tibi ꝑdest hominis amicitia: Forte ibi nō solū nullū auxiliū: sed et piculū iueníres. Nam multi nō piclitabanꝰ anteq̄ maiorib⁹ iū gerent: exoptarūt maiorū amicitias: vt maiora pericula incurrerēt. Secur⁹ opta amicitiā christi. Hospitari apud te vult: fac illi locū. Quid est: fac illi locum: Noli amare teipm: illū ama. Si te amaueris: claudis contra illū: si ipm amaueris: aperis illi. Si aūt aperueris et intrauerit: nō peries amando te: ℊ inueníris cū amante. Si introiero i tabernaculum
ℏ domus meę: si ascēdero sup lectū strati mei. Pziuata eī res ipa vbi homo acquiescit: superbos facit: Jdeo dixit: si ascendero. Jn re quam ꝑpatim quisq; possidet: necesse est supbus sit. Jnde se eī tendit homo ad hominē: cū ambo sint caro. Quid est homo fratres: Caro. Et quid est alter homo: Altera caro. Et tamē caro diues extendit se contra carnem paupere: quasi aliquid illa caro attulerit qñ nata ē: aut aliquid auferat qñ morīt. Ad hoc plus habuit: vt plus tumeret. Jste aūt q̄ vult inuenire locū dño: dicit: Si ascēdero sup lectū strati mei: si dedero sō-
num oculis meis. Multi eī cū dormiūt: nō faciūt
Eph.5. locū dño. Tales excitat Apl̄us: Surge q̄ dormis: et exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te chr̄is⁹. Et alio
1.Thessal.4. loco: Nos aūt qui diei sum⁹ vigilem⁹: ⁊ sobrij sim⁹: Nam qui dormiūt: nocte dormiūt: ⁊ qui inebriant: nocte ebrij sunt: Noctē dicens iniquitatē: in qua illi obdormiūt: cupiēdo ista terrena. Et oēs istę felicitates quę vidēt sęculi: somnia sunt dormiētium. Et quō qui videt thesauros in somnis: dormiēs diues est: sed euigilabit et paup erit: Sic oīa ista vana huius sęculi de quib⁹ homines gaudēt: in somno gaudent: Euigilabūt qñ nolūt: si nō mō euigilāt qñ vult
Ps.75. le est: ⁊ inueniēt somnia illa fuisse: ⁊ trāsisse (sicut dicit scriptura) veluti somniū exurgētis. Et alio loco:
Laudate nomen dni. Causamq̄ ipam quare iustū sit vt laudemus nomē dni: cōtinuo subiecit: ¶ Laudate serui dnm. Quid iustius: quid dignius: quid gratius: Etenim si nō laudauerint serui dnm: supbi: ingrati: irreligiosi erūt. Et quid faciūt nō laudādo dnm: nisi vt seuerum sentiāt dnm: Neq̄ em̄ seruus ingratus si dnm suum laudare noluerit: ideo efficit vt seruus non sit. Laudes: nō laudes: seruus es. Sed si laudes ꝓpitiabis: si nō laudes offendis. Bona ē exhortatio z vtilis: Unde magis satagere debem⁹ quēadmodū laudandus sit deus: q̄ dubitare laudādū. Laudate ergo nomen dni. Hortat nos psalmus: hortatur nos ꝓpheta: hortat nos spirit⁹ sc̄i: hortat postremo nos ipe dns vt laudemus dnm. Non em̄ laudib⁹ nostris ille crescit: sed nos. Deus nec melior fit si laudauer̄: nec deterior ē si vituperauer̄: Sz tu laudādo bonū melior eris: vituperādo deterior: Bon⁹ aūt ille manet vt est. Si em̄ seruos suos ipos bene de se meritos: p̄dicatores verbi sui: rectores eccl̄ie suę: veneratores nominis sui: obtemperatores mādati sui: id docet vt in cōscientia sua habeāt dulcedinē bonę vitę suę: ne corrūpant laudibus: ne frangant vitupationibus hominū: quāto magis ipe incōmutabilis super oīa qui hęc docet: nō vtiq̄ maior fit si laudaueris: nec minor si vituperaueris: Sed q̄m nobis expedit laudare dnm: misericorditer iubet vt laudemus eum: nō arrogāter. Audiam⁹ ergo quid dicit: Laudate nomen dni: laudate serui dnm. Nō aliquid incongruū facitis laudando serui dnm. Et si semp tāmodo serui essetis: deberetis laudare dnm: quanto magis debetis laudare dnm serui: vt esse mereamini z filij: Sed q̄m scriptū est in alio psalmo: Rectos decet laudatio: Et itē alibi scriptū est: Non est
B Ps.32. Eccl.15. speciosa laus in ore peccatoris: Itemq̄ alibi dicit:
Ps.49. Sacrificiū laudis glorificauit me: Et ibi via est in q̄
Ibidem. ostendā illi salutare dei. z consequenter: Peccatori aūt dixit de⁹: vt quid tu enarras iusticias meas: et assumis testamētū meū p os tuū: tu aūt odisti disciplinam: et ꝓiecisti sermones meos post te: Me forte quisq̄ q̄m dictū est: laudate serui dnm: etiam si i domo ista magna fuerit malus seru⁹: putet sibi ꝓhoc deesse laudē dni: cōtinuo quales sint qui laudare debeant dnm subiicit z docet: ¶ Qui statis in do-
Ps.133. mo dni: in atrijs domus dei nostri. Qui statis in tis: nō qui ruitis. Illi aūt stare dicunt qui in māda-
tis eius pseuerant: qui in fide nō ficta: z spe firma: et charitate sincera seruiūt deo z honorāt eccl̄iā ei⁹: et nō dant offensionē male viuēdi eis qui venire volunt: et in via lapides offensionis inueniunt. Ergo q̄ statis in domo dni laudate nomē dni. Grati estote ne forte erretis. Quia ergo statis: parū ne est vobis: vbi laudādus est q̄ vos erexit iacētes: et fecit in domo sua stare z ipm agscere ipmq̄ laudare: Parum ne hoc bnificiū est q̄ stam⁹ in domo dni: Hic interim in hac pegrinatione: in hac domo qō etiā peregrinatiōis tabernaculū dicit: qz hic stamus: nunq̄d parū grati esse debem⁹: Nōne cogitādū est qz hic stamus: Nōne cogitandū est q̄d facti fuerim⁹: Nōne cogitandū est nobis vbi iacebam⁹: z quo collecti sum⁹: Nōne cogitandū est: qz oēs impij dnm nō q̄rebant: z ipe illos nō q̄rentes q̄siuit: ipe inuētos extraxit: ipe excitatos vocauit: ipe vocatos introduxit: et in domo sua stare fecit: Hęc quisq̄s cogitat z intelligit: et in domo sua stare fecit: omino despicit se ꝓ amore dni sui: ingratus nō est: omino despicit se ꝓ amore dni sui: ingratus est: quo sibi tanta p̄stita sunt. Et q̄m nō habet quid ꝓ tantis bnificijs deo retribuat: q̄d ei restat: nisi gratias agere z nō rependere: Ad ipam gratiarū actionē ptinet: et calicem dni accipe z nomē eius inuocare. Ps.115. Nā quid retribuat dño seruus ꝓ oībus q̄ retribuit illi: Ergo qui statis in domo dni in atrijs dom⁹ dei nostri: ¶ Laudate dnm. Quid victurus sum q̄ re laudetis: †Q̄m benignus dns. Bon⁹ dns: verbo explicata est laus dni dei nostri. Bon⁹ dns: sed bon⁹ nō vt sunt bona q̄ fecit. Nā fecit deus oīa bona valde: Nō tātū bona: sed z valde. Cēlū et terram et oīa quę in eis sunt fecit bona z valde bona fecit. Si hęc oīa bona fecit: qualis est ille qui fecit: Et tñ cum bona fecerit: multoq̄ sit melior q̄ fecit q̄ ista q̄ fecit: nō inuenies melius qō de illo dicas: nisi qz bonus est dns: si tū intelligas ꝓprie bonū a q̄ sūt cętera bona. Oīa em̄ bōa ipe fecit: Ipe est bon⁹ quē nemo fecit. Ille bono suo bon⁹ est: nō aliūde parrici pato bono. Ille a seipō bono bon⁹ est: nō adhęrēdo alteri bono. Mihi aūt adhęrere deo bonū est: Qui Ps.72. nō eguit a q̄ fieret bonus: sed eguerūt illo cętera vt fierēt bona. Vultis audire q̄ singulariter ille sit bonus: Dns introgat⁹ dixit: Nemo bon⁹ nisi sol⁹ vn⁹ Marth.19. deus. Hanc singularitatē bonitatis eius: et ꝓterire breuiter nolo: z cōmendare ꝓgrue nō sufficio. Detuo ne si hinc cito transiero: ego ingratus inueniar: Itē metuo ne hoc cum explicandum suscepero: subtanta laudis dominicę sarcina defatiger. Sic tamē fratres accipite me et laudantē et non sufficientem: vt etiam si nō impletur illi⁹ laudis explicatio: accꝑetur laudatoris deuotio. Appꝛobet me ipe voluisse: ignoscat nō impleuisse. Ineffabili dulcedine teneor cum audio bonus dns: Cōsideratisq̄ oīnibus et collustratis quę forinsec⁹ video q̄m ab ipo sūt omnia: etiā cum mihi hęc placēt: ad illū redeo a q̄ sunt vt intelligā quoniā bonus est dns. Rursum cum ad

alīq̄ quantū possum ingressus fuero: interiozē mihi et suplozē inuenio: quia sic bonus est dñs: vt ist⁹ nō indigeat quo sit bonus. Deniq; ista nō laudo sine illo: illū aūt sine istis pfectū: nō indiguū: incōmutabilem: nullius bonū quērentē quo augeat: nulli⁹ malum timentē quo minuat inuenio. Et quid dicā amplius? Inuenio in creatura cēlū bonū: solē bonum: lunā bonā: stellas bonas: terrā bonā: quę gignūtur in terra et radicib⁹ nixa sunt bona: quę ambulant et mouent bona: quę volitant in aere et natant in aq̄s bona. Dico et hominē bonū. Homo eñ bonus de bono thesauro cozdis sui ꝓfert bonū. Dico et angelum bonū qui nō est lapsus supbia ⁊ diabol⁹ fact⁹ ē: sed inhęret obediēdo ei a quo factus est. Oñia ista dico bona: sed tū cū suis nominib⁹ cēlū bonū: angelū bonū: hominē bonū: Ad dñm aūt cum me refero puto meli⁹ nihil dicere q̄ bonū. Ipse q̄ppe dñs nr̄ ihc̄ist⁹ dixit: Nemo bon⁹: Et ipe itē dixit: Nemo bonus nisi solus de⁹. Nōne stimulauit nos ad inquirendū et ad distinguendū quid sit bonum: et alio bono bonū: et bonū seipso bonū? Q̄ ergo bonum est a quo sunt oīa bona? Oīno nullū inuenias bonū q̄ nō ab illo sit bonū. Bonū bona faciens sicuti est ꝓprie: sic et bon⁹ est ꝓprie. Neq; enim ea quę facit nō sunt: aut iniuria illi fit cū dicim⁹ non esse quę fecit. Quare eñ fecit: si nō sunt q̄ fecit? Aut quid fecit: si nō est q̄ fecit? Cū ergo sint et illa q̄ fecit: venit tamē ad illius cōparationē ⁊ tanq̄ sol⁹ sit dixit: Ego sum q̄ sum. Et dices filijs israel: Qui est: misit me ad vos. Nō dixit: Dñs deus ille omnipotēs: misericoz: iustus: Quę si diceret: vtiq; vera diceret. Sublatis de medio oībus quib⁹ appellari posset ⁊ dici deus: ipm esse se vocari respōdit: ⁊ tanq̄ h̄ esset ei nomē. Hoc dices eis inq̄t: Qui est: misit me. Ita eñ ille est: vt in ei⁹ cōparatiōe ea quę facta sūt: nō sint illi cōparāda: q̄m ab illo sunt: Illi aūt nō cōparata: sūt: q̄m ab illo sūt. Illi eñ cōparata: nō sūt: quia verū esse: incōmutabile esse est: q̄ ille sol⁹ est. Est eñ ē: sic bonū bonū: bonū ē. Cogitate et videte q̄m quicquid aliud laudatis: ideo laudatis q⁹ bonū est. Insanit qui laudat q̄ nō est bonū. Si laudes iniquū eo ipso q̄ iniquus est: nōne et tu iniquus eris? Si laudes furem eoipso q̄ fur est: nōne ⁊ tu pticeps eris? Si laudes iustū in eoipso q̄ iustus est: nonne et tu habes inde partē laudādo? Non eñ laudares iustū nisi amares: Nō amares: si nihil ide haberes. Si q̄ q̄q̄d aliud laudam⁹ ideo laudam⁹ q⁹ bonū ē: nulla tibi maioz causa et melioz ⁊ firmioz dari potuit quare laudas deū: nisi quia bon⁹ est. Ergo laudate dñm: q̄m bon⁹ est. Q̄ diu dicam⁹ eius bonitatē? Quis cozde ꝯcipiat aut cōplectat q̄ bon⁹ sit dñs? Sz ⁊ ad nos redeam⁹: ⁊ in nobis illū agnoscamus: et in opibus artificē laudemus: quia ipm cōtēplari idonei non sumus. Et si contēplari idonei aliquādo erimus: cum fuerit mundatū coz nostrū fide: vt postremo gaudeat veritate: Nunc q̄m ipe a nobis videri nō pōt: opa eius videamus: ne sine eius laude remaneam⁹. Ergo dixi: Laudate dñm q̄m bon⁹ est:

¶ Psallite nomini ei⁹ q̄m †suauis† est. Foz te esset bonus: et suauis nō esset si tibi nō daret posse gustare. Talē aūt se ꝯbuit hominib⁹ vt etiā panē de cēlo miserit: et filiū suū ęqualē qui hoc est q̄ ipe dederit hominē faciendū: et ꝓ homib⁹ occidendū: vt p hoc q̄ tu es: gustes q̄ nō es. Vultū enim ad te erat gustare suauitatē dei: quia remota erat illa et nimis alta: tu aūt nimis abiect⁹ et in imo iacens. In magna ista sepatiōe missus est mediator. Nō poteras ad deū homo: deus factus est homo: vt q̄m homo potes ad hominē qui nō posses ad deū: per hominē venires ad deū: ⁊ factus est mediator dei ⁊ homin̄ū: homo christus iesus. Sed si homo solū esset: hoc sequēdo q̄ es: nunq̄ puenires. Si deus solum esset: nō cōprehēdendo q̄ non es nunq̄ puenires. Deus factus est homo: vt hominē sequendo q̄ potes: ad deū puenias q̄ nō poteras. Ipe est mediator: inde factus est suauis. Quid suaui⁹ pane angelox? Quō g̃ nō est suauis dñs: qñ panē ag̃elox mā ducauit homo? Non eñ aliūde viuit homo: et aliunde viuit angelus: Ipa ē veritas: ipa est sapiētia: ipa est virtus dei: Sed quō ea pfruunt angeli: tu nō potes. Illi eñ quō pfruunt? Sicuti est: In pncipio erat verbū: et verbū erat apud deū: et de⁹ erat verbū: p q̄ facta sunt oīa. Tu aūt quō cōtingis? Quia verbū caro factū est: et habitauit i nobis. Vt aūt panē angelozū manducaret homo: creator angelozū factus est homo. Psallite ergo nomini eius qñ suauis est. Si gustastī psallite: si gustatis quoniam suauis est dñs psallite: si bene sapit q̄ gustastis laudate. Quis tam ingratus est vel coquēti vel pascenti: vt cū fuerit pulmēto aliquo delectat⁹ nō reddat gratiam laudādo q̄ gustat? Si de his nō tacemus: de illo qui dedit oīa tacebimus? Psallite noī eius qñ suauis est: et audite iam opa eius. Tendebatis eñ vos fortassis videre bonū oīm bonozum: bonū a quo sunt oīa bona: bonū sine quo nihil ē bonum: et bonū q̄ sine cęteris bonū est: tēdebat⁹ vos vt videretis: et forte in extendēda acie mēris vestrę deficiebatis. Hoc eñ ex me cōīcio: sic patioz. Sed et si est aliquis sicut fieri potest et valde potest acie mentis fortioz me: et contuitū cozdis sui diu figit in eo q̄ est: laudet ille vt potest: et quō nos nō possumus laudet: Gratias tamē illi q̄ in hoc psalmo temperauit laudē suam: vt et firmozū esset ⁊ infirmozū. Nam et in illa missiōe serui sui moysi cum diceret: Ego sum q̄ sum: et dices filijs israel: Qui est: misit me ad vos: Quia ipm ꝓprie esse mēti hūanę difficile erat capere: et mittebat⁹ homo ad homies: q̄uis nō ab homie: cōtinuo deus tempauit laudē suam: et h̄ de se dixit quod capi dulciter possit: nō in eo volut remanere q̄ laudabat: quo fi posset laudator attingere: Vade inquit dic filijs israel: Deus abraā et deus isaac ⁊ de⁹ iacob misit me ad vos: Hoc mihi nomen est in ętern̄ū. Certe dñe nomē illud habes: q⁹ tu dixisti: Ego sū: Qui est misit me ad vos: Unde modo nomē mutasti vt diceres: deus abraam et deus isaac et deus iacob? Nonne tibi videtur ratio eius respōdere et dicere: quod dixi: ego sum q̄ sum: verū est sed non capis: quod aūt dixi: ego sum deus abraam: et deus isaac et deus iacob: et verū est et capis? Q̄ eñ ego sum qui sum: ad me pertinet: q⁹ aūt deus abraā et deus isaac et deus iacob: ad te ꝓtinet: Et si deficis in eo q̄ mihi sum: cape q̄ tibi sum. Et ne forte quisq̄ putaret illud q̄ dixit deus: ego sum qui sum: et qui est misit me ad vos: hoc solum ęternum ei nomē esse: q⁹ autem dixit deus: ego sum deus abraam et deus isaac et deus iacob: tem-

1. Timoth. 2.

Ps. 77.

Joh. 1.

Ibidem.

Exo. 3.

Ibidem.

pozale nomen esse: non curauit deus cum dixisset: Ego sum qui sum: et qui est misit me ad vos: dicere q̄ hoc ei nomē sit ī ęternū: quia et sī hoc nō diceret ītelligeret: Est em̄ vere est: et eoipso q̄ vere est sine initio ꝛ sine termino est: Q̄ō vero ꝑ hominē est: ego sum deus abzaā et deus isaac et deus iacob: ne ibi suboziret humana sollicitudo: quia hoc tempale est non sempiternū: securos nos fecit: quia de tpalibus ad ęternā vitā nos pducit. Hoc inquit mihi nomen est in ęternū: nō quia ęternus abzaā et ęternus isaac et ęternus iacob: sed quia deus illos facit ęternos postea sine fine. Habuerūt quippe initiū: ℔ finem nō habebūt. In abzaā et isaac et iacob totā ecclesiā eius cogitate: omne semen israel cogitate: omne aūt semen israel: non solū qō est ex carne: sed etiā qō est ex fide. Aplus em̄ gentib⁹ loquebaꝫ quib⁹ dicebat: Si ergo vos christi: ergo semē abzaę estꝭ: ℑm ꝓmissionē hęredes: Iudicemur ergo oēs in deo abzaā et isaac et iacob. Arbozem quidē būdixit q̄ndam: eāq̄ oliuā creauit: sicut dixit Aplus: ipos patriarchas sanctos: vnde efflozuit populus dei. Sz hęc arboz oliuę putata est nō amputata: et inde superbi rami fracti sunt: Ipse est blasphem⁹ et impius populus iudęozū: Hāserūt tū rami boni et vtiles: Nam inde apli fuerūt. Et cū ibi rami vtiles relicti essent: p vei miscōiam insertus est ꝛ oleaster gentiū: cui dicit Aplus: Tu aūt cū esses oleaster insert⁹ es in illis: et particeps pinguedinis oleę fact⁹ es: Noli gloziari aduersus ramos. Oz sī gl̄aris: nō tu radicē poztas: sed radix te. Hęc vna arboz est pertinēs ad abzaā ꝛ isaac et iacob: ꝛ qō plus est: magis ad abzaā et isaac et iacob oleaster insertus q̄z rami confracti. Illi em̄ p fragmentū iam nō ibi sunt: oleaster nō ibi erat et ibi est. Illi p supbiā frangi meruerūt: iste per humilitatē inseri meruit. Illi amiserūt radicem: iste tenuit eā. Cū ergo audistis israel: et de israel: ptinentem ad deū: Inde nolite vos facere alienos. Oleaster quidē fuistis sed oliua estis: particeps pinguedinis oliuę. Nā vultis nosse in abzaā et isaac ꝛ iacob quō sic sit insertus oleaster: ne putetis vos ad hanc arborē nō ptinere: quia nō ptinetis carnaliter ad semen abzaā: Dns qñ miratus est fidē centurionis illius qui nō erat de populo israel: sed erat de populo gentiū: ꝓterea inquit dico vobis quia multi ab oziente et occidēte venięt. Ecce iā oleaster in manu insertozis: multi ob oziente et occidente venięt. Videmus quid ferat inserendum: vbi inserat videam⁹.

Et recūbet inquit cū abzaā: isaac et iacob ī regno cęlozum. Videm⁹ et quid inseruit: et vbi inseruit. De ramis supbis naturalib⁹ quid dicit: Filij aūt regni ibunt in tenebras exteriozes: ibi erit fletus ꝛ stridoz dentiū. Res ꝓnunciata: res impleta. Ergo psallite dño qm̄ suauis est: et attendite quę circa nos fecit.

℣ Qm̄ iacob elegit sibi dns: israel in possessionē sibi. Laudate: psallite: qm̄ fecit ista. Talia dico quę cape valeatis. Ceteras gentes sub angelis posuit: Jacob elegit sibi dns: israel in possessionem sibi. Gentē suā fecit agrū quē coleret: quē ipe seminaret. Q̄uis ipe oēs gentes cōdiderit: ceteras angelis cōmisit: sibi istā possidendā seruandāq̄ deputauit: Hūc populū: hūc iacob: Merito illius: an gratia sua: De nondum natis ait: Maioz seruiet minoꝛi, Aplus dixit: q̄ meritū habere nondū nati potuerūt: anteq̄ quisq̄ eozū ęgisset aliquid boni aut mali. Nō ergo se extollat iacob: nō gloziet: non suis meritis tribuat. Ante est ꝑ cognitus: ante p̄destinatus: ante electus: nō suis meritis electus: ℔ gratia dei inuētus ꝛ viuificatus. Sic et oēs gentes. Nā vt insereret quid meruit oleaster: amaritudine baccarū: sterilitate silueſtri: Lignū quippe erat syluę nō agri dominici: et tū ille p miscōiam suā ꝛ oleastrū inseruit in oliuā. Sed adhuc nō erat insert⁹ oleaster: qñ dns elegit sibi iacob israel in possessionem sibi. Et quid ꝓpheta: ℣ †Qm̄ ego cognoui q̄ magn⁹ ē dns. Vēte: volūtate volāte ad superna erecta a carne: transcēdente creaturā: coḡuit ḡa magnus est dns. Non oēs possūt vidēdo cognoscere: laudāt q̄ fecit: qm̄ suauis est: Jacob elegit sibi dominus: israel in possessionē sibi. Et hic illū laudas: Nā et ego cognoui: quia magn⁹ est dns. Prophe ta loquebaꝫ qui intrauit in sanctuariū dei: qui audiuit forte ineffabilia verba: quę nō licet homini loq̄: qui dixit q̄ posset ab hominib⁹ dici: et tenuit ꝑ se q̄ nō posset dici. Ergo et audiaꝫ ad q̄ possum⁹: et credaꝫ ad q̄ nō possumus. Ad q̄ possumus audiatur: qm̄ iacob elegit sibi dns: israel ī possessionē sibi: Ad q̄ nō possumus credaꝫ: quia ipe cognouit q̄ magnus est dns. Si illi dicerem⁹: rogam⁹ te: explica magnitudinē illius: nōne forte respōderet nobis: nō est valde magnus quē video: si a me poterit explicari: Redeat ergo ad opa eius et dicat nobis: Habeat ipe in cōscientia magnitudinē dñi: quā vidit: quā nobis credendā cōmendauit: quo nostros oculos perducere nō potuit: ꝛ enumeret quędam q̄ hic dns fecit: vt et nobis qui magnitudinē illi⁹ sicut ille videre nō possumus: dulcescat ex opibus suis q̄ cape possum⁹. Quia ego inquit cognoui q̄ magn⁹ est dns. ℣ Et deus noster †sup oēs deos. Quos deos: Sicut dicit Aplus: Et sī sunt qui dicant dij in cęlo et in terra: sicut sunt dij multi et dñi multi: nobis tū vnus est deus pater ex quo omnia: et nos in ipo: et vnus dns noster ihesus christus: per quē oīa et nos p ipm. Dicant dij boies: Dictū ē em̄: Deus stetit in synagoga deozū: dictū est: Ego dixi dij estis ꝛ filij altissimi oēs: Nōne sup homies deus: Sed quid magnū si sup homies deus: Et super angelos de⁹: quia angeli nō fecerūt deū: Ange los fecit deus: et necesse est sup oīa q̄ fecit: sit ipse qui fecit. Cognoscēs ergo magnitudinē dñi iste: et videns eū sup omnē esse creaturā: nō tātū corporalem sed etiā spiritualē: Rex magnus inquit super oēs deos. Ipe est summus deus: qui sup se nō habet deū. Opera eius dicat: ipa capiunt. ℣ Omnia quęcūq̄ voluit dns fecit in cęlo et ī terra: in mari et in oīb⁹ abyssis. Quis aūt comprehēdat hęc: Quis enumeret opa dñi in cęlo et in terra: in mari et in oīb⁹ abyssis: Si cōprehēdere nō possumus: tū oia incōcusse credere ꝛ tenere debemus: qm̄ quicquid creaturarū in cęlo: quicquid in terra: quicquid in mari et in oīb⁹ abyssis: a dño factū est: quia oīa quę voluit fecit in cęlo ꝛ in terra et in mari et in oīb⁹ abyssis: Sicut iam dixi mus: Nō oīa quę fecit coact⁹ est facere: sed oīa quęcūq̄ voluit fecit. Causa omniū quę fecit: voluntas ei⁹ est. Facis tu domū: quā si nolles facere: si ne habitatione remaneres, Necessitas coegit te fa-

Ik
Exo.3.
Gal.3.
Ro.11.
Ibidem
Matth.8.
Ibidem.
Ll
Ro.9.

cere domū: nō libera voluntas. Facis vestē: quia si nō faceres/nudus ambularet. Ad faciendā ḡ vestez necessitate duceris/nō libera voluntate. Cōserē mō-tem vitibus: semē spargis: qz nisi feceris/alimēta nō habebis. Oīa hec necessitate facis: Deꝰ bonitate fecit: z nullo qō fecit eguit: ideo oīa quecūqꝫ voluit fecit. Putas habemꝰ z nos qō libera voluntate fa-ciamus: Ea eñ que diximꝰ ex necessitate facimus: quia si nō faceremꝰ/egentes z inopes remanereꝰ. Inuenimꝰ aliqđ qō libera voluntate faciamꝰ: Inuenimꝰ plane: cū ipm̄ tuz amando laudamꝰ. Hoc eñ libera voluntate facis: quādo amas qō laudas: Nō eñ ex necessitate: ꝫ qz placet. Unde iustis et sā-ctis dei placuit deus etiā flagellans eos. Quādo ini-quis oībus displicet: placuit illis: z sub flagello eiꝰ: in erūnis: in laboribus: in vulneribus: in egestate cō-stituti laudauerunt deū. Non eis displicuit nec tor-quēs: Hoc ē gratis amare: nō q̄si ꝓposita acceptio-ne mercedis: qz ipsa merces tua sūma deus ipse erit quē grat̄ diligis: Et sic amare debes: vt ipm̄ ꝓ mer-cede desiderare non desinas qui solus te faciet: sicut Philippus desiderabat cū diceret: Ostēde nobis pa-trē/z sufficit nobis. Uerito: qz hoc ō libera volūta-te facimꝰ: z de libera volūtate facere debemus: quia delectati facimus: debinc amādo facimꝰ: qz z si cozri-pimur ab illo: nobis nūqꝫ displicere debet: qz semp iustus est. Hoc dixit ille laudatoz eiꝰ: In me sūt deꝰ vota tua/que reddam laudatiōes tibi. Et alio loco: Uoluntarie sacrificabo tibi. Quid est voluntarie sa-crificabo: Uoluntarie laudabo te: qz sacrificiū lau-dis inquit glorificabit me. Si cogereris offerre do-mino tuo sacrificiū gratū illi z acceptuz: sicut antea vouebant sacrificia in vmbra futurozū: forte nō iue-nires in grege tuo placitū taurū: in capris hircū aꝛe dñi dignū: nec in ouili tuo arietē dignū ad victimā dño tuo: z nō inueniēs satageres qđ faceres: z dice-res forte deo: Uolui z nō habui. Nūqđ potes ō lau-de dicere: volui z nō habui: Ipm̄ voluisse/laudas-se est. Nō eñ verba a te querit deus: sed coz. Necꝫ eñ potest quisqꝫ dicere: z linguā nō habui. Si quis obmutescit aliqua valitudine: linguā non habuit et tamē laudē habuit. Si eñ deus aures carnales ha-beret: z sono tui cozpis indigeret: z iccirco cū reman-sisses sine lingua: sine laude etiā remaneres. Nunc vero qz coz queritur: coz inspicit: intus testis est iudex approbatoz: adiutoz: cozonatoz: sufficit vt offeras vo-luntatē. Cū potes oze cōfitere ad salutez: cū autem nō potes: cozde crede ad iusticiam. Cozde laudas: cozde benedicis: cozde in aram ꝓsciētie victimas sa-cras ponis: z rūdet tibi: Pax i terra hoībus bone voluntatis. Ille igit deus q̄ oīpotēs est in cēlo et in terra: oīa quecūqꝫ voluit fecit: tu in domo tua nō facis oīa q̄ vis. Ille in cēlo z in terra oīa quecū-qꝫ voluit fecit: tu fac vel in agro tuo oīa que vis. Multa vis: z nō potes in domo tua facere oīa que vis. Cōtradicit fortevroꝛ: ꝓtradicūt filij: aliqñ z ser-uus ꝓtumacia ꝓtradicit: z nō facis qō vis. Si fa-cio inquis qō volo: qz i nō subdito ac ꝓtradicēte vin-dico. Nec hoc fac cū vis: Aliqñ vindicare vis z nō potes: aliqñ minar̄: z anteqꝫ facias qō minaris mo-reris. Putamus in teipo facis qō vis: Frenas oēs cupiditates tuas: Fortitā frenas: Nūqđ efficit ipe vt cupiditates nō surgant qs frenas: Certe eñ hoc vis nō titillari molestia cupiditatū tuaꝝ: z tamen ca-ro ꝓcupiscit aduersus spiritū: z spiritꝰ aduersus car-nē: vt nō ea q̄ vultis faciatis. Tu in teipo nō fac qō vis: deus autē nr̄ in cēlo z in terra oīa q̄cunqꝫ voluit fecit: Ipe tibi det gratiam vt in teipo facias qō vis. Nisi eñ ipo adiuuāte/nec in te facis qō vis. Etenī cū ille scz paulus nō faceret in se qō vellet: iccirco qz caro ꝓcupiscit aduersus spiritū: spiritꝰ autē aduersꝰ carnē: vt nō ea q̄ vultis faciatis: cū ō se ipe gemeret dicēs: Cōdelector legi dei ſm interiorez hoiem: vi-deo aūt aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee: z captiuū me ducentē in lege pcti q̄ est in mē-bris meis: qz nō solū in domo sua: nec soluz in agro suo: ꝫ in carne sua vel in spiritu suo nō impleuit que volebat: clamauit ad deū q oīa q̄cunqꝫ voluit fecit i cēlo z in terra/z dixit: Infelix ego hō/q̄s me libera-bit de cozpe mortis huiꝰ: Et ille bonꝰ z ille suauis tanqꝫ respōderet ei/ꝓtinuo subiecit: Gra dei p iesum christū dñm nostrū. Hāc q̄ suauitatē amate: hāc su-auitatē laudate. Intelligite deū q oīa quecunqꝫ vo-luit fecit in cēlo z in terra: ipe z in vobis faciet quod vultis: ipo adiuuāte volūtatē vestrā implebit̄. Si dñs nō potestis/cōfitemini: Cuz poteritis/gras agi-te. Jacētes clamate: erecti supbire nolite. Ille q̄ i cē-lo z in terra oīa q̄cūqꝫ voluit fecit: in mari z in oīn/bus abyssis. †Suscitans nubes ab extremo terre. Uideamꝰ ista opa dñi in eiꝰ creatura. Ueni-unt eñ nubes ab extremo terre ad mediū/z pluūt: vnde surrexerūt nescis. Ergo indicat illō ꝓpheta ab extremo terre: siue ab imo: siue a circūdatiōe finiuz terre. Uñ vult excitat nubes/tñ a terra. Fulgura i pluuiā fecit. Nā fulgura sine pluuia terrerent te z nihil tibi darent. Fulgura sunt/ꝓtremiscis: pluit/gaudes. Fulgura in pluuiā fecit. Qui terruit: ipe vt gauderes refecit. Qui †educit ventos de the-sauris suis: Ab occultis causis vñ nescis. Qz eñ flat vētus sentis: q̄ causa flat: vel de q̄ thesauro rati-onis eductus sit nescis: Debes deo tñ pietatē credē di: qz nō flaret nisi iussisset ille q̄ fecit: nisi ꝓduxisset ille q̄ creauit. Uidemus ḡ hec in creatura ista: lauda mus: miramur: benedicimꝰ deū. Videamꝰ q̄ fecit in hoibus ꝓpter populū suū. Qui pcussit ꝓmoge nita egypti. Etenī illa diuia dicta sūt q̄ amares: z nō erāt dicta q̄ timeres. Attende: qz z qñ irascit fa cit qō vult. Percussit ꝓmogenita egypti Ab hoie vsqꝫ ad pecus: †Immisit signa z ꝓdigia in medio tui egypte. Nostis: legistis q̄nta p moy-sen fecerit manꝰ dñi in egypto ad terrēdos: ad ꝓtun dēdos: ad deiciēdos superbos egyptios. In pharaone z in oēs seruos eius. Pax est in egypto: Quid posteaqꝫ eductꝰ ē inde populꝰ: Qui pcussit gē-tes multas. Que possidebant terrā: quā volebat deꝰ dare ꝓpło suo. Et occidit reges fortes. Se-on regē amorreoꝝ z og regē basan: z oīa regna chanaan. Oia ista quō cōmemorat breui ter psalmꝰ: sic ea legimꝰ in alijs libris dñicis: z ma-gna ibi manꝰ dñi. Q̄si tu vides q̄ facta sūt in ipios: caue ne fiant in te. Ad hoc eñ in illos facta sūt: vt tu trāsires z eos nō imitareris: z talia nō paterer̄. Tñ vide qz flagellū dñi est sup oēm carnē. Ne putes te nō videri qñ peccas: ne putes te ꝓtēni: ne putes do-minū dormire: attēde exēpla bñficiozū dei cū ea re colis: z cū vindictā dei recolis time. Oipotens est:

Gal.5.

Ibidem.

Ro.7

Ibidem.

Ibidem.

Ar. †educens. Dicere.10

R

Ibidem.

Ar. † producit. Dicere.10

Exo.12 Pō.77.et.135.

Ar. †Emisit

S

Numeri.21 Josue.13

ꝛ ad ꝓsolandū: ꝛ ad castigandū: Ideo sūt ista vtilia cū legunt. Qñ aūt pius videt qđ passus est impi⁹: purgat se ab oñi impietate: ne veniat ꝛ ipe in talem pnā: talēq; vindictam. Bene ergo hec accepistis: Quid deinde fecit deus: Expulit impios. Et dedit terram eoꝝ hereditatē: hereditatē isra
Al. †populo el †seruo suo. Deinde exultatio laudis eius. Do
Al. †in eternū mine: nomen tuū †in seculū: Post ista oñia q̄ fecisti: Quid em̄ video q̄ fecisti: Inspicio creaturaꝝ tuā quā fecisti in cēlo: inspicio hanc in parte vbi habitam⁹: ꝛ hinc video beneficia tua nubiū: ventoꝝ: pluuiarū. Populū tuū attēdo: Eduxisti eos de domo seruituris: signa et ꝓdigia fecisti inter inimicos eoꝝ: punisti eos quos molestos patiebant: impios ꝛ terra sua eiecisti: reges eoꝝ occidisti: terrā eoꝝ in populo tuo vidisti. Vidi oñia ꝛ impletū est os meum laude/ dixi: Dñe nomē tuū in secula.

Expositio mystica.

¶ Hec quidē ad litterā quō scripta sūt videm⁹: nouim⁹: laudamus. Si aūt aliquid significāt: nō sim onerosus dū explico vt potero. Ecce in ipis hoibus possū agnoscere: qz in cēlo et in
Ps. 113 terra oīa quecūq; voluit fecit. Cēlū em̄ ethereū spiritales accipio/ terraꝝ carnales: ꝛ his duobus tanq̄ cēlo ꝛ terra ꝓstat ecclesia dei: ꝛ ad spūales ptinet pdicatio/ ad carnales ptinet obsecūdatio. Vaꝝ ꝛ cēli
Ps. 18. enarrāt gloriā dei: ꝛ facta manuū ei⁹ annūciat firmamentū. Si aūt terra dei nō esset plēbs dei: non dicet Apl's: Dei ędificatio: dei agricultura estis: sicut
1. Cor. 3 sapiēs architectus fundamentū posui: alius supędificat. Ergo ędificiū dei sum⁹: ꝛ ager dei sum⁹. Quis
1. Cor. 9. inquit plantat vineā ꝛ de fructu eius nō pcipit: Ego
1. Cor. 3 plantaui/ apollo rigauit: ꝫ deus incremētū dedit. Ergo ꝛ in ecclesia sua: ꝛ in p̄dicatoribus suis: ꝛ i plēbibus suis: tanq̄ in cēlo ꝛ in terra oīa quecūq; voluit fecit. Parū est in eis: In mari ꝛ in oībus abyssis: oīa quecūq; voluit fecit. Mare sunt oēs infideles: oīes nondū credētes: ꝛ in eis oīa quecunq; voluit fecit. Nō em̄ sequūt infideles/ nisi pmittantur: aut vindicat in eos quādo puersi sūt: nisi vt iusserit ille q̄ fecit oēs gentes. Putas qz mare est ꝛ nō terra: nū quid ideo a potestate dei oīpotētis alienū est: Et in mari ꝛ in oīb⁹ abyssis quę voluit fecit. Qui sūt abyssus: Latētia cordа mortaliū: pfundę cogitationes
Ps. 10. hoīm. Quō ꝛ ibi facit deus qđ vult: Quia dñs interrogat iustū ꝛ impiū: qui aūt diligit iniquitatez/ odit animā suā. Et vbi illū interrogat: Alibi scriptū est:
Sap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit. Ergo in oībus abyssis oīa quecūq; voluit fecit. Latet cor bonū: latet cor malū: abyss⁹ est ꝛ in corde bono et in corde malo. Sed hec nuda sunt deo/ quē nihil latet. Cōsolat cor bonū/ torquet cor malū. Oīa ergo
Al. †quecunq; †que voluit fecit in cēlo ꝛ i terra: in mari ꝛ
Al. †Producēt i oībus abyssis. † Suscitās nubes ab ex
Iere. 10 tremo terrę. Quas nubes: Prędicatores verbi
¶ veritatis suę. De qbus nubibus alio loco irascens
Esaie. 5 vineę suę dicit: Mādabo nubibus meis ne pluāt super eā imbrē. Et parū est excitasse nubes de hierusalē vel de israel: quas misit p̄dicare euangeliū suū. in
Ps. 18. toto orbe terraꝝ: De qbus nubib⁹ dictū ē: In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ: ꝛ i fines orbis terrę verba eorū. Parū est hoc. Sz qz ipse dñs ait: Prędicabit h̄
Matth. 24 euāgeliū regni in toto orbe terraꝝ in testimoniū oibus gētib⁹: ꝛ tūc veniet finis: excitat nubes ab extremo terrę. Vaz crescente euāgelio: vñ erūt p̄dicatores euāgelij in finib⁹ terrę/ nisi ibi excitet nubes ab
Hiere. 10 extrēo trę: De ipis āt nubib⁹ qđ opat: Fulgura i pluuiā fecit. Dinas ad misericordiā flexit: de thesaurozib⁹ irrigauit: Quō de terrozib⁹ irrigauit: Qñ tibi minat de⁹ p̄ ꝓphetā ꝛ p Apl'm/ ꝛ times: nonne coruscatio terruit te: Sed cū pnitēdo corrigeris ꝛ agnoscis hoc misericordia fieri: in pluuiā vertit fulguris terroꝝ. Qui †educit vētos de thesauris suis. Al. †eduxit.
Eos dē puto p̄dicatores ꝛ nubes ꝛ vētos: Nubes ꝓ Ibidem.
pter carnē: vētos ꝓpter spiritū. Nubes em̄ videntur vēti sentiunt ꝛ nō videnť. Denicq; qm̄ carnē videm⁹ eē de terra: nubes inqt excitat ab extremo terrę. Ex
Job. 5. pōssit vñ excitet nubes: venit ad vētos: qz spūs hois ignorat vñ veniat. Producēs inqt vētos de thesauris suis. Paululū attēdite: cętera videam⁹. Qui p
Exo. 12 Ps. 77. a. ꝛ cussit p̄mogenita egypti ab homie vsq; ad pecus. Pmogenita nostra salua sint in dño: qm̄ ipe ea dedit nobis. Molesta aūt pęna ē: ꝛ nimiū terribilis plaga mozs p̄mogenitoꝝ. Que sūt p̄mogenita nostra: Mozes isti nr̄i qbus nūc seruim⁹ deo: ipa sūt p̄mogenita nr̄a. Primitias em̄ habem⁹: ipaz filiā dē vñ incipim⁹. Ecclesię quippe dictū ē: Et venies ꝛ ptransies ab initio fidei: Et nemo incipit bñ viuere: nisi a fide. Fides g̃ nr̄a in p̄mogenitis nostris ē. Qñ custodiť fides nostra: cętera subseqū pūt. Mā qñ puganť hoies quotidie/ pficiēdo in meli⁹: melius; videdo ipo interiore hoie renouato de die in die: sicut
2. Cor. 4 dicit Apl's: Et si exterior nr̄ hō corrūpitť: interior aūt renouať de die in diem: ideo fit qz p̄mogenita fides viuit. De q̄ p̄mogēita fide ꝛ Apl's ait: Mō solū
Ro. 8 aūt ꝫ ꝛ nosipi p̄mitias spūs hītes: id ē dātes tā de p̄mitias spūs nr̄i: ꝫ ē ipam fidē tāq̄ p̄mogenita nostra: tū in nobisipis ingemiscim⁹ ꝛ adoptionem expectātes redemptionē corpis nr̄i. Si g̃ magna dei gr̃a est vt ꝓseruet fides nr̄a: magna pęna ē occidere p̄mogenita: qñ hoies in afflictiōe ecclesię ꝓstituri pdūt fidem. Affligūt em̄ ecclesiā vt pdāt fidē. Vaz et ipa egyptus afflictio interptať. Quicūq; g̃ affligūt ecclesiā: q̄cūq; scādala ecclię imittūt: etsi christiani appellanť/ mozíunť p̄mogenita eoꝝ. Erūt infideles: ꝛ erūt inanes: habētes tantū nomē ꝛ signū: in corde aūt p̄mogēitū suū sepelierūt: vsq; adeo vt qñ eis aliqđ dixeris ꝓpter bonā vitā: ꝓpter spem vitę eternę: ꝛ ꝓpter timorē ignis eterni: apud se subsannēt: Aut si tales sūt vt audeāt corā te: os torquant ꝛ dicāt: qs huc inde reuersus ē: Dicūt sibi homies qđ volūt: ꝛ christian⁹ ē: Sz qz affligēs occisus ē p̄mogēit⁹ ei⁹: mortua ē fides eius: ꝛ hoc ab hoie vsq; ad pec⁹. Dificari tanq̄ doctos ꝓpter rōnalē aiam qđ est hō: pecora vo idoctos/ ꝫ tū habētes fidē: Mā nō haberēt p̄mogenita. Sūt docti q̄ affligūt ecclesiā: schismata ꝛ hereses facīēdo. Proinde nec in illis inuenis fidē: qm̄ facti sūt egypt⁹: id ē afflictio ꝓpło dei. Occisa sūt p̄mogenita eoꝝ: trahūt post se turbas indoctas: ipa sūt pecora. In hac g̃ afflictōe q̄ ecclia affligit: mozitur in affligētibus fides: mozíunť p̄mogenita ꝛ i ipsis doctis ꝛ indoctis: qz occidit de⁹ p̄mogenita egyptioꝝ ab hoie vsq; ad pecus. † Immisit signa et
Al. †Et misit. ꝓdigia in medio tui egypte: in pharaonē ꝛ in oīes seruos eius. Pharao rex egyptioꝝ:

Nomẽ attẽdite: ⁊ videte quẽadmodũ ista facit dñs.
Rex in oñi gẽte ꝓor est. Egyptus afflictio est: pharao dissipatio. Afflictio ꝙ regẽ habet dissipationez: qz illi qui affligũt ecclesiaz: dissipati affligũt. Ut eñ affligãt dissipañt: qñ rex ducit: populꝰ sequit. Pręcedit dissipatio: sequit afflictio. Audite: audite noĩa hęc: interptatiõe typica ⁊ sapiẽtia plena. Nec vnũ inuenis ex istis noĩbus qõ boni aliquid interptetur: Vbi exercuit dñs irã suã: † Percussit gẽtes multas: ⁊ occidit reges fortes. Dic quos reges et gẽtes grauidas sacramẽt: Seon regẽ amorreoꝝ: Occidit. Audite noĩa. Seõ regẽ inqt amorreoꝝ occidit. Occidit plãe: Et nũc occidat a cordibꝰ seruoꝝ suoꝝ: ⁊ a tẽptatiõibꝰ eccl̃ię suę: nec cessęt manus eiꝰ in occidẽdis talibꝰ regibus ⁊ talibus populis. Interptañ eñ seon tẽptatio oculoꝝ: ⁊ amorrei interptañ amaricantes. Jã hic videte si intelligere possumꝰ quõ amaricãtes: regẽ habeãt tẽptationem oculoꝝ. Tẽptatio oculoꝝ nõ est nisi mendaciũ oculoꝝ. Habet regẽ mẽdacẽ/ vitatẽ nõ hz. Jã qđ mixtẽ si amaricãtes talẽ habeãt regẽ/ mendacẽ regẽ: Nisi eñ mẽdaciũ ⁊ simulatio ꝓcedat: si sũt amaricãtes i ecclia. Inde eñ amaricãt: qz fingũt. Pręcedit tẽptatio oculoꝝ: amaricatio sequit. Et in ipo diabolo pręcessit. Jã si tẽptatio oculoꝝ nõ est: quõ trãsfigurat se velut in angelũ lucis: Occidat manꝰ dñi ⁊ illuz et illos: Illũ ne inducat/ illos vt corrigantur. Etem in vnoquoq; hoie occidit ille rex: qñ dãnat simulationẽ: ⁊ diligit veritatẽ. Manꝰ dei nõ quiescit id agere: Jã quẽadmodũ egit ad ifram tũc: sic agit nũc spiritualit: vt ipleat nũc qđ tũc ꝓphetice ꝓnũciauit. Occidit etiã aliũ regẽ ⁊ aliũ populũ eiꝰ. Et og regem basan. Et hic q̃malꝰ. Og interptat ꝓclusio. Basan interptat ꝓfusio. Malus ẽ rex ille: q̃ intercludit viam ad dñm. Hoc eñ agit diabolꝰ: Sp opponẽdo figmẽta sua: opponẽdo idola sua: opponẽdo se necessariũ p arrepticios/ sortilegos/ augures/ haruspices/ magos/ sacra dęmonioꝝ ꝓcludit viam. Quõ p christũ id agit vt pateat via quę fuerat intercluſa: naz p eũ redẽptus quidã dicit: Et in dño meo trãsgrediar murũ: sic diabolꝰ mõ nihil aliud agit nisi vt itercludat viã ne credat in dñm. Si eñ credit in dñm patet via: ⁊ ipe christus est via, Si aũt nõ credit in dñm: intercluſa est via. Si aũt intercluſa fuerit qz nõ credit: qđ restat nisi vt cũ venerit q̃ nõ credebat: ꝓfundant q̃ nõ crediderũt: Quare: Quia ꝓclusio pręcedit: ⁊ seqt ꝓfusio. Cõclusio ꝓcedit vt rex: sequit ꝓfusio tãqz plębs. Quos mõ ꝓclusit vt nõ credãt in christũ: qñ apparuerit christus: oẽs ꝓfundẽt: ⁊ traducẽt eos ex aduerso iniqtates eoꝝ. Tũc dicẽt impij cõfusi: Quid nob ꝓfuit supbia: Magna mysteria frẽsmei: Dissipatio ex afflictiõe: Dissipañt vt affligant. Magna mysteria: Tẽptatio ocloꝝ: id ẽ fallacia rex amaricatiũ: Fallũt eñ vt amaricẽt. Cõclusio rex cõfusiõis: Cõcludunt eñ ne transeãt ad fidẽ: ⁊ cuz venerit i quẽ credimus: ꝓfundenñ. Et oñia regna chanaan: Occidit dñs. Chanaan interptat paratus humilitati, Humilitas quasi bonũ aliqđ significat: ꝙ si sit vtilis humilitas: Jã mala hũiliatio pnalis ẽ. Si eñ humiliatio nõ ptineret ad pnam: nõ diceret: Qui se exaltat hũiliabit. Nõ eñ beneficiũ illi ꝓstat: quãdo punit vt humiliet. Chanaan ꝙ modo supbus est, Oñis impius: oñis infidelis exaltat coꝝ suũ: nõ vult credere in dñm. Sz hęc exaltatio parata ẽ humilitati i die iudicij: Tũc humiliabitur quãdo nõ vult. Sũt eñ vasa irę quę pfecta sunt ad pditionẽ. Modo extollant se/ garriãt/ extendãt se sup fideles/ irrideant fideles/ blasphement christianos/ dicãt anicularia sũt ista q̃ dicunt de die iudicij. Jsta elatio eoꝝ parata est humiliatiõi: quãdo venerit iudex qui mõ annunciatus irrideb̃t: tunc ille q̃ mõ supbit: nõ vtiliter ꝙ pnaliter humiliabit. Nõ autẽ nõ humiliatur: ꝙ parat humilitati: id est parat dam natiõi: parat victimę. Oñia ergo ista euertit deus coꝝpaliter tũc: quãdo patres nostri educti sũt de terra ęgypti. Euertit spũaliter nũc: Nec cessat manus eius vsq; in finẽ. Jdeo ne istas potẽtias dei tũc putes peractas cessasse: Dñe nomen tuũ inquit in ęculo: Jd est nõ cessat misericordia tua: nõ cessat manus tua in ęculo ista facere quę tũc ꝓnũciasti figurando. Oñia eñ illa in figura cõtingebãt i illis: Scripta sũt aũt ad correctionẽ nostrã: in quos finis ęculoꝝ obuenit. Dñe memoriale tuũ † i generatiõe ⁊ generationẽ. Generatiõe ista ⁊ generatiõe altera. Generatiõe q̃ fideles efficimur: ⁊ per baptismũ renascimur: generatiõe qua a mortuis resurgemus: ⁊ angelis cõiuncti viuemus in ęternũ. Memoriale tuũ dñe ⁊ super generationẽ istam: ⁊ super illã generationẽ: Quia nec nũc nos oblitus ẽ vt vocaret: nec tũc obliuiscẽt vt coronet. Memoriale tuũ dñe in generatiõe ⁊ generationẽ. ¶ † Qñ iudicabit dñs † plębẽ suam. Compleuit certe oñia illa in populo iudęoꝝ. Nunqđ iam remanserũt opera eiꝰ postq̃ induxit plębẽ suã in terrã repromissionis: Adhuc plane iudicabit dñs plębẽ suam. Et in seruis suis † aduocabit. ¶ Jam iudicauit ipam plębẽ: Excepto iudicio futuro: iudicata ẽ plębs iudęoꝝ. Quid est/ iudicata: Separati inde sũt iusti: ⁊ remãserũt iniusti. Si autẽ mentioꝝ aut mentiri existimoꝝ: quia dixi: iam iudicata est: audiui dñm dicẽtem: In iudiciũ veni in hũc mũdũ: vt qui nõ vidẽt videant: ⁊ qui vident cęci fiant. Exęcati sunt supbi: illuminati sunt humiles. Judicauit ergo plębem suam. Jpm iudiciũ dixit Esaias: Et nunc tu dñe iacob venite ⁊ ambulem⁹ in lumine dñi. Parum est hoc. Sed quid sequit: Dimisit eñ plębez suam domũ israel. Jpa est domus iacob: quę est dñs israel. Qui eñ iacob/ ipe est israel. Nostis sanctas litteras: ⁊ puto q̃ vobis veniat in mentẽ: quia ipe iacob qñ vidit angelũ secũ luctari: tunc accepit nomen vt appellaret israel. Unus homo ẽ siue iacob siue israel: vna psona est domus iacob ⁊ domus israel: vna gẽs: vna plębs: Hãc inuitat: ⁊ hãc dimittit. Et nũc iam certe occidisti christũ o domus iacob: iam occidisti christũ: iam caput ante crucẽ agitasti: iam pendentẽ irrisisti: iam dixisti: Si filꝰ dei es descende de cruce: iã rogauit medicꝰ ꝙ phreneticis: Pr̃ ignosce illis: nõ eñ sciũt qđ faciũt. Certe iaz fecisti ista oĩa: ⁊ nũc crede i eũ quẽ occidisti: bibe sãguiez quẽ fudisti. Et nũc tu dñs iacob testimoniũ ex te exponere cupio qõ hic dixit: Quoniã iudicabit dñs plębez suã: ⁊ in seruis suis aduocabit. Judicasse eñ intelligitur plębẽ suam: separando in ipa plębe sua bonos a malis: fideles ab infidelibus: apostolos a iudęis mendacibus. Hoc significauit vt dicere cęperaz: per ꝓphetã dicens: Jam post illa mala oñia o tu dñs

AA

1. Cor. 10

Ar. † generatiõnẽ ⁊ generatione

BB

Ar. † Quia † populũ suũ Deut. 32

Ar. † deprecabit

Ibidem

Job. 9.

Esaie. 2

CC

Matth. 27

Luc. 23

Esaie. 2

Iacob: venite ambulemus in luce dñi. Quare vobis
dico: venite ambulem⁹ in luce dñi: Ne remanẽdo i
iudaismo: nõ pueniatis ad christũ. Quare: Mõ sem
per ibi ꝓphetatus est christus: Sed nũc dimisit plẽ
bẽ suam domũ israel. Venit domus iacob: quia di
misit plẽbẽ suam domũ iacob. Venit domus israel:
qz dimisit plẽbẽ suã domũ israel. Quẽ venit: ⁊ quẽ
Job. 9. dimissa est: nisi qz hoc est iudiciũ: vt qui nõ vidẽt vi
deant: ⁊ qui vidẽt/cęci fiant: Judicabit ergo domi
nus plẽbẽ suã. Separauit ergo: ⁊ nõ ibi ũeniet ꝙs
in regnũ suũ restituat: Plane inueniet. Et in seruis
Ro. 11 suis aduocabit. Mõ repulit ait Apl's plẽbẽ suã quã
ꝑsciuit. Et vnde ꝓbat: Mã ⁊ ego israelita sum. Er
go iudicabit dñs plẽbẽ suam separãdo bonos a ma
lis: hoc est in seruis suis aduocabit. Quibus: A gẽ
tibus: Quãtę eñ gentes credẽdo venerũt: Quanti
fundi: quãta loca ɒserta mõ veniunt: Venerũt inde
nescio quãti credere volũt: ⁊ dicimus eis: ꝙd vultis:
Respõdẽt: Nosse gloriã dei. Credite fratres mirari
nos ⁊ gaudere ad talem vocẽ rusticanorũ. Veniunt
Job. 6. nescio vnde excitati: a nescio quo: Quid dicam a ne
scio quo: Immo qz nemo venit inqt ad me: nisi quẽ
pater traxerit. Venerũt subito ɒ sylua: ɒ ɒserto: de
remotissimis ⁊ arduis montibus ad ecclesiã: ⁊ hanc
vocẽ habẽt plęriqꝫ ⁊ pene oñes eorũ: vt videamus
Ibidem. vere intus docentẽ dẽũ. Implẽt scriptura ꝓphetica
Esaie. 54 qua dictũ est: Erũt oñes docibiles ɒo. Quid ɒsi
deratis dicim⁹ illis: Et illi: Videre gloriã dei. Oẽs
Ro. 3 eñ peccauerũt ⁊ egent gloria ɒei. Credũt: cõsecran
tur: clericos sibi ordinari exigũt. Mõne implẽt: ⁊ in
seruis suis aduocabit: Deniqꝫ post istaz totã disposi
tionẽ ⁊ dispensationẽ: ꝙuertit se spiritus ɒei ad ex
DD Ps. 113. probrãda ⁊ irridenda idola quę iaz irridẽt a cultoribus suis. † Idola gentiũ argentũ ⁊ auruz. †
Al. † Simula cra topera manuuz hominũ Ista oñia ɒo facitẽ qui in cęlo ⁊ in terra oñia q̃cũqꝫ voluit fecit: qui iudicabit plẽbẽ suam: ⁊ i seruis
suis aduocabit: ꝙd restat figmentũ: nisi ridendũ: nõ
adorandũ: Idola gentiuz dicturus erat forsitan vt
ꝓtẽneremus ista oñia: Dicturus erat idola gentiũ:
nõ dico lapides ⁊ ligna: gypsum ⁊ testã: Mõ hęc di
co: vilis materia ẽ. Illud qõ valde amãt: vel qõ val
de honorãt dico idola gentiũ: argentũ ⁊ aurũ. Cer
te aurũ est: certe argentũ est. Nũquid quia lucet ar
gentũ: lucet aurũ: ideo oculos habẽt ⁊ vident: Sic
quõ argentũ est: quõ aurũ est: vtile forte auaro: nõ
religioso: ũmo vero nec auaro vtile: sed vtile bñ vtẽ
ti: vt per eius erogationẽ cęlestem thesaurũ acq̃ren
ti: Tamẽ nũc cũ ista insensata sint: ꝙd facitis homi
Sap. 15 nes ɒ argento ⁊ auro ɒos: Quos ɒos facitis: nõ
Al. † Os habẽt ⁊ nõ loquẽt ocu los habẽt et non videbunt. Aures habent ⁊ nõ audiẽt. neq; eñ est spũs i ore ipozum. ne videtis qõ nõ videant: † Oculos habent et
nõ videbũt: aures habent ⁊ nõ audient:
Nares habent ⁊ nõ odorabũt: os habẽt ⁊
nõ loquent: Manus habent ⁊ nõ operan
tur: pedes habẽt ⁊ nõ ãbulabũt. Sic ista ar
tifex: faber argẽtari⁹ aurifex facere potuit: ⁊ ocłos:
⁊ aures: ⁊ nares: ⁊ os: ⁊ manus: ⁊ pedes: sed nec lu
mẽ oculis: nec auditũ auribus: nec vocẽ ori: nec sen
sum naribus: nec motũ manibus: nec iter pedib⁹ da
re potuit. O homo: rides iam ꝓculdubio qõ fecisti:
si a quo factus es agnouisti. De illis autẽ q̃ nõ agno
Ps. 113 Al. † eis uerũt: quid dicit: Similes illis fiant qui faci
unt ea: ⁊ oñes qui ꝓfidunt in † illis. Et credi
EE tis fratres exprimi in eis quandã similitudinẽ idolo
rum: nõ quidẽ in carne eoꝝ: sed in interiore homine
eorũ. Mã aures habent ⁊ nõ audiũt: Ad illos quip
pe clamat ɒeus: Qui habet aures audiendi audiat. Matth. 11.
Oculos habent ⁊ nõ vident. Habẽt eñ oculos cor
poris: sed nõ habent oculos fidei. Deniqꝫ impletur
hęc ꝓphetia ꝙ oñes gentes. Videte quõ dictũ sit ꝙ
ꝓphetã. Nihil allegoricũ: nihil figuratũ cõmẽoro:
Propriã: expssã: simplicẽ: manifestã audite ꝓpheti
am ꝙdictam: videte completã. Pręualuit inqt dñs
aduersꝰ eos. Prophęta dicit Sophonias: Aduer Sopho. 2
sus repugnantes: ⁊ aduersus rebellantes: ⁊ ɒ occi
sione fidelium martyres facientes: sed tamẽ nescientes:
ꝙualuit dñs aduersus eos. Et quõ pręualuit: In ec
clesia sua: videmus: quia ꝙualuit aduersꝰ eos. Vo
lebant paucos christianos extinguere/occidere/san
guinẽ fuderũt/ɒ sanguine occisoꝝ tanti exurrexerũt:
a ꝙbus illi infectores martyꝝ superarent: Tamẽ ⁊
mõ quęrũt vbi abscondant idola sua: qui ꝑmo chri
stianos ꝓ idola trucidabãt. Mõne ꝙualuit aduer
sus eos dñs: Vide si facit qõ sequit: Pręualuit do
minus aduersus eos. Et quid fecit: Exterminauit Ibidem.
oñes ɒos gentiũ terrę: ⁊ adorabũt eum vnusquis
qꝫ ɒ loco suo: oñes insulę gẽtiũ. Quid ẽ hoc: Mõ
ne ꝙdictũ erat: Mõne cõpletũ ẽ: Mõne vt legit sic
videt: Et illi q̃ remãserũt oculos habẽt ⁊ nõ vident:
nares habẽt ⁊ nõ odorant. Mõ sentiũt illũ odorem 2. Cor. 2
christi bon⁹ odor sum⁹: sicut dicit Apłus: in oi loco.
Quid ꝓdest qz nares habẽt ⁊ nõ odorant tã suauẽ
odorẽ christi: Vere in illis factũ est: ⁊ vere ɒ illis di
ctũ est: Similes illis fiant oẽs q̃ faciũt ea: ⁊ oẽs qui
ꝓfidunt in eis. Sed quotidie credũt ꝙ miracula chri
sti dñi: quotidie aperiũt oculi cęcoꝝ ⁊ aures surdo
rũ: inspirant nares insensatoꝝ: dissoluũtur ora mu
torũ: ꝓstringunt manus paralyticoꝝ: corrigunt pe
des claudoꝝ: De lapidibus istis excitãt filij abrąę. Matth. 3
Quibus oñibus iam dicat: Domus israel be
nedicite † dominũ: Oñes filij abrąę. Et ɒ la Al. † domino.
pidibus istis suscitant filij abrąę: manifestũ est quia
illi sunt magis domus israel qui ptinent ad domũ is
rael: qui ptinẽt ad semẽ abrąę: nõ carne: ꝙ fide. Do
mus israal benedicite dñm. Sz fac domũ dñi illam
dici: ⁊ populũ israel vocari: Credidert inde aposto
li: ⁊ milia circũcisoꝝ. Domus israel benedicite do
minũ. Domus aaron benedicite † dominũ. Al. † domino
Dom⁹ leui benedicite † dñm. Benedicite po † domino.
puli dñm: hoc est domus israel generaliter. Benedi
cite ꝓpositi: hoc ẽ dom⁹ aaron. Bñdicite ministri:
ꝙ est dom⁹ leui. Quid ɒ cęteris nationibus: Qui
timetis dñm benedicite † dñm. Oñes q̃ vna Al. † domino
voce dicamus qõ sequit. Benedictus dñs ex
sion: qui habitat in hierusalẽ. Ex sion ⁊ hieru
salẽ. Sion speculatio: hierusalẽ visio pacis. In qua
hierusalẽ nũc habitaturus ẽ: In illa q̃ cecidit: Mõ: Gal. 4
ꝙ in illa matre nr̃a q̃ ẽ in cęlis: ɒ qua dictũ ẽ: Mul
ti filij ɒsertę magis q̃ eius quę habet virũ. Nũc ꝙ
dñs ex sion: qz speculamur qõ veniat: nũc tamẽ q̃
diu in spe viuimus/in sion sumus. Finita via habi
tabim⁹ in illa ciuitate q̃ nũqꝫ ruitura est: qz ɒ dñs ha
bitat in ea: ⁊ custodit eã: quę ẽ visio pacis ęterna hie
rusalẽ: pacis illi⁹ fratres mei cui laudãdę lingua nõ
sufficit: vbi nullũ hostẽ iã sentiem⁹: nec in ecclia: nec
extra ecclesiã: nec in carne nostra: nec in cogitatione
nostra: Absorbebit moꝛs i victoria: et vacabim⁹ ad

vidēdū deū ī pace: ciues hierusalē facti ciuitatē dei.

Explicit Tractatus de psō. CXXXIIII

Incipit Tractatus de psō. CXXXV.

Expositio psalmi.

